Nos autem dicamus vnde diſceſſimus. ſūmum bonuꝫ enim ꝛ felicitatē non irrōnabilr videnſ ex his que huius vite ſunt exiſtimare.

Leo. Are.

Sed redeamus vnde digreſſi ſumus. Bonum ꝛ felicitatem nō abſqꝫ rōne et modo viuendi exiſtimare videntur.

Argir.

Sed nos eo redeam⁹ vñ digreſſi ſum⁹. Sūmū.n.bonū felicitatēqꝫ non ſine rōne ex viuēdi mō videnſ exiſtimare.

Poſtq̄ phus recitauit opiniones diuerſas de felicitate. hic ingrit veritatem de p̄dictis opinionib⁹. Et p̄mo inquirit de opinione loquētium de felicitate moraliter. qui ſcilꝫ ponebant in aliquo bonoꝝ huius vite felicitatem. Scđo inquirit de opinione loquētium de felicitate. nō moraliter ponētium in quodam bono ſeparato. ibi. (Quod aūt vniuerſale.) Circa p̄muꝫ duo facit. Primo ponit illud qđ eſt oībus cōmune huiuſmodi opinionib⁹. Scđo ingrit de diuerſitate opinionum. ibi (Multi quideꝫ ꝛ grauiſſimi.) Quia ergo videbaſ phs degreſſionē feciſſe a p̄ncipali pposito: dum modū pcedēdi determinauit: redit ad p̄ncipale ppoſitum: vñ diſceſſerat. i. ad opiniones de felicitate. Et dicit q non irrōnabilr aliqui videnſ exiſtimare finale bonū: qđ felicitas dr̄: eſſe aliqđ ex his que ptinēt ad hanc vitā. ſ. humanā. Eſt enim finis oīum opeꝝ vite. Ea autem que ſunt ad finē pportionanſ fini. Unde pbabile eſt q felicitas ſit de numero bonoꝝ ptinētium ad hāc vitā. Sed de hoc infra diceſ qđ verum ſit. Deinde cum dicit.

Lec.4.

Felicitatē eē de numero bonoꝝ ad hāc vitā ptinētiū.

Lec.10.

Multi quidem ꝛ grauiſſimi voluptatem. Ideo ꝛ vitam diligunt voluptuoſam.

Leo. Are.

Nam vulgus quidē atqꝫ oneroſiſſimi voluptatē. Quapropter ꝛ ipſi vitam adamant voluptuoſam.

Argir.

Uulgus quidem ꝛ importuniſſimi voluptatem. Quapropter ꝛ deditam voluptatibus vitam amant.

Ingrit veritatē circa ea in qbus diuerſificanſ. Et circa h̄ duo facit. Primo ingrit de opionib⁹ que magis videnſ accedere ad veritatē. In ſcđa de opione recedēte magis a veritate. ibi. (Pecunioſus aūt violētus qs ꝛc̄.) Circa p̄m̄ tria facit. Primo ingrit de opione ponēte felicitateꝫ in his que ptinēt ad vitā voluptuoſam. Scđo de opione ponēte felicitatē in his que ptinent ad vitā ciuilē. ibi. (Qui auteꝫ excellētes ꝛ opatiui ꝛc̄.) In tertia facit mētionem de vita ɔtēplatiua. ibi. (3ª aūt eſt ꝛc̄.) Circa p̄m̄ tria facit. Primo ppōit opionē. Scđo ex incidēti diſtinguit vitas. ibi. (Tres.n.ſunt ꝛc̄.) Tertio ingrit de v̄itate ppoſite opinionis. ibi. (Multi qdē: ergo ꝛc̄.) Dicit ergo p̄mo: q inter bona huius vite. qdā eligunt voluptatē: in ea felicitatē ponētes. Et hi qdem ſunt nō ſolū multi. i. populares hoīes qui fere oēs ad voluptates declinant. ſed ēt qdeꝫ qui ſunt grauiſſimi vel pp̄ter auctoritatē ſcie ꝛ doctrine. vel pp̄ter vite honeſtatē. Nam etiā epycuri qui voluptatē ſūmum bonū extimabant. diligēter colebāt v̄tutes. Sed tñ pp̄ter volu-

Opio ponēs felicitatē in voluptate.

Epicurei.

ptatē: ne. ſ. per ɔ̄ria vitia eoꝝ voluptas ipedireſ. Gula enī per imoderātiaꝫ cibi dolores corporis generat. Propter furtum aliqs carceri mācipaſ. Et ita diuerſa vitia diuerſimode voluptatē impediūt. Et qꝛ vltimus finis eſt maxime diligibilis. ideo illi qui ponūt voluptatē ſūmum bonū maxime diligūt vitam voluptuoſam. Deinde cum dicit.

Tres enim ſunt vite maxime excellentes. Et que nunc dicta eſt. Et que ciuilis eſt. Et tertia: que contemplatiua eſt.

Leo. Are.

Tres enim ſunt maxime precipue. Illa quam nunc diximus. Item ciuilis. Tertia contemplatiua.

Argir.

Tres enim ſunt maxime que precellunt: ea que nunc dicta eſt. Et ciuilis. Et contemplatiua tertia.

Diſtinguit triplicē vitā. ſ. voluptuoſaꝫ que dicta eſt nūc: ciuilem: ꝛ ɔtēplatiuam. Et has dicit maxime excellentes. Ad cuius euidētiam ſciēduꝫ eſt q ſicut īfra in. ix. libro dicetur vnuſqſqꝫ id ad qđ maxime afficiſ reputat vitaꝫ ſuā: ſicut phs phari. venator venari. ꝛ ſic de aliīs. Et qꝛ hō maxime afficiſ ad vltimuꝫ finē: neceſſe eſt q vite diuerſificenſ ſm̄ diuerſitatē vltimi finis. Finis aūt hꝫ rōnē boni. Bonū aūt in tria diuidiſ in vtile. delectabile. ꝛ honeſtū. Quoꝝ duo. ſ. delectabile ꝛ honeſtū. habēt rōnem finis. qꝛ vtrūqꝫ eſt appetibile pp̄ter ſeipſm. Honeſtū aūt dr̄ qđ eſt bonum: ſm̄ rōnem: qđ qdē hꝫ delectationē annexā. Unde delectabile: qđ ɔtra honeſtum diuidiſ: eſt delectabile ſm̄ ſenſum. Ratio autē eſt ꝛ ſpeculatiua ꝛ practica. Uita ergo voluptuoſa dr̄ que fineꝫ ɔſtituit in voluptate ſenſibili. Uita v̄o ciuilis diciſ: que finem cōſtituit in bono practice rationis. puta in exercitio virtuoſoꝝ operum. vita aūt ɔtemplatiua que cōſtituit finem in bono rationis ſpeculatiue vel in contemplatione veritatis. Deinde cum dicit.

Uita triplex.

Lec.14.

Uita voluptuoſa Ciuilis Contēplatiua.

Multi quideꝫ igitur omnino beſtiales videntur eſſe pecudum vitam eligentes.

Leo. Are.

Uulgus igiſ oīno ſeruile videſ: vitā pecoꝝ diligendo.

Argir.

Uulgus igitur mancipīs ſimile penitus eſſe videtur pecorum vitam diligendo.

Ingrit de p̄dicta opione. Et circa hoc duo facit. Primo improbat eam. Scđo iducit rōnem inducētem ad ipſam. ibi. (Adipiſcunſ aūt ꝛc̄.) Circa p̄m̄ ɔſiderāduꝫ eſt q vita voluptuoſa que ponit finē circa delectationem ſenſus: neceſſe hꝫ ponē finē circa maximas delectationes que ſequunſ nāles opationes. qbus. ſ. natura ɔſeruaſ ſm̄ indiuiduum per cibū ꝛ potum: ꝛ ſm̄ ſpeciē p mixtionē ſexuum. Huiꝰ aūt delectationes ſunt cōes hoībus ꝛ beſtiīs. vñ multitudo hoīum ponētium finē in hꝫ voluptatibus: videnſ oīno beſtiales. q. eligētes talē vitam in qua pecudes ſimul nobiſcū cōicant. Si enim in hoc felicitas hoīs ɔſiſteret: pari rōne beſtie felices eſſent: fruentes delectatione cibi ꝛ coitus. Si igiſ felicitas eſt ppriuꝫ bonū hominis impoſſibile eſt q in his conſiſtat felicitas. Deinde cum dicit.

Qꝛ felicitas nō cōſiſtit in voluptate.

Adipiſcuntur aūt rōneꝫ qꝛ multi eoꝝ qui in ptāte ſunt ſimilia patiunſ ſardanapalo.

Felicitas eſt pprium bonum hominis.

Leo. Are.

Subſtentatur auteꝫ ob id quod pleriqꝫ in poteſtatibus conſtituti: inſtar Sardanapali vitam agunt.

Argir.

Habet aūt rōnem q complures eoꝝ qui ſunt in poteſtatibus ɔſtituti: perinde atqꝫ Sardanapalus viuunt.

Cur volu ptas ſum mū bonū eſtimat.

¶ Ponit rōnem inducētē ad hāc opinionē. Et dicit q illi qui poſuit hāc opinionē recipiūt pro rōne q multi illorū qui ſunt in maximis poteſtatib⁹ ɔſtituti ſicut reges ⁊ pnci pes qui feliciſſimi apud vulgus reputant ſimilia patiunt: eundē regi aſſirioꝝ noīe ſardanapalo qui fuit voluptati bus deditus. Et ex hoc reputāt voluptatē eſſe optimū: vt pote q̄ ab optimatib⁹ maxime diligit. ¶ Deīde cū dicit.

Sardana palus.

¶ Qui aūt excellentes ⁊ opatiui: honorem.

Leo. Are.

¶ Elegantes aūt viri ⁊ rebus agendis apti: honorem.

Argir.

¶ Elegantes autem ⁊ ad agendum idonei: honorem.

¶ Jngrit de opinionib⁹ ptinētib⁹ ad vitā actiuā ſiue ciuilē. Et p̄ q̄rtum ad honorē. Scđo quātū ad virtutē. ibi. (Forſitan aūt ⁊ magis ⁊c.) Et hoc rōnabilr. Nā vita ciuilis ſiue actiua intēdit bonū honeſtū. Dr aūt honeſtū. q̄ſi honoris ſtatus. Uñ ad hoc ptinere videt ⁊ ipſe honor ⁊ virtus que eſt honoris cā. Circa p̄m̄ tria facit. Pmo ponit opinionē. Et dicit q illi q ſunt excellētes. i. ṽtuoſi ⁊ opatiui. i. dediti vite actiue poſuit felicitatē in honore. ¶ Scđo ibi.

Ad honeſtū ptinet ⁊ honor atq virtus. Opio ponētiū felicitatē in honore.

¶ Ciuilis enim vite fere h̄ finis.

Leo. Are.

¶ Hic enim fere ciuilis vite finis eſt.

Argir.

¶ Honos enim finis fere ciuilis eſt vite.

Rō p opinione.

¶ Jnducit ad hoc rōnē. Quia fere totius ciuilis vite finis videt eſſe honor qui reddit bene opantib⁹ in vita ciuili q̄ſi premiū. Et ideo colentibus ciuilem vitam pbabile videt felicitas in honore conſiſtere. ¶ Tertio ibi.

¶ Uidet aūt magis ſupficieten⁹ eo qđ queritur. Uidet enim in honorantib⁹ magis eē q̄ in honorato. Bonum aūt pprium qdē ⁊ qđ difficile aufertur eſſe diuinamus.

Leo. Are.

¶ Sed videt leuior q̄ is quē querim⁹ finē. magiſq in honorātib⁹ q̄ in eo qui honorat ɔſiſtere. Nos aūt ppriū qdā ⁊ qđ leuiter auferri nequeat: ſūmū bonū vaticinamur.

Argir.

¶ Uidetur autem ab eo diſtare qđ querimus bonum. Nā in iīs potius qui afficiunt q̄ in iīs qui afficiunt honoribus eſt. Summum autem bonum proprium quid: taleq eſſe vaticinamur: vt auferri facile nequeat.

Q felicitas nō ɔſiſtit in honore. Rō pma.

¶ Jmprobat hāc opionē duab⁹ rōnib⁹. Quaꝝ pmā ponit dicens. q ante aſſignatā rōnē felicitatis diuinamus. i. cōiicimus felicitatē eſſe qđdam bonū: qđ eſt ppriū ipſi felici: vtpote ad ipm maxime ptinēs: ⁊ qđ difficile ab eo auferat. Hoc aūt nō ɔuenit honori: q2 honor vā magis ɔſiſtē i actu q̄dā honorātis: ⁊ in ei⁹ ptāte q̄ ipſius ē q honorat. Ergo honor eſt qđdā magis extrinſecū ⁊ ſupficiale q̄ bonum qđ querit. ſ. felicitas. ¶ Scđam rōnem ponit ibi.

¶ Amplius aūt videntur honorē querere: vt credāt ſeipſos bonos eſſe. Querūt aūt a prudentib⁹ honorari ⁊ apud eos a quib⁹ cognoſcuntur ⁊ in virtute. Manifeſtū igitur quoniam ſm hos virtus melior eſt.

Leo. Are.

¶ Jnſuper honorē ſequi vident. vt ſe bonos eſſe confirmēt. Jtaq a ſapientib⁹ maxime querunt ⁊ apud illos: qui eos cognoſcunt: ⁊ ṽtutis cauſa laudari. Pꝫ igit quantum ad hos attinet: virtutem eſſe potiorem.

Argir.

¶ Preterea honorem perſequuntur homines vt ſeipſi bonos eſſe credant. Jtaq a prudentibus ⁊ apud eos qui ipſos cognoſcunt: ⁊ ob virtutem honoribus affici querunt. Conſtat igitur ſecundum hos ipſos honore preſtantiorem eſſe virtutem.

¶ Que talis eſt. Felicitas eſt qđdā optimū: qđ non querit pp aliđ. Sꝫ honore ē aliqđ meli⁹ illud vꝫ pp qđ q̄rit. Ad h̄. n. hoīes vident honorē querē: vt ⁊ ipſi firmā opionē accipiāt de ſeipſis q ſīt boni ⁊ q ab aliīs h̄ credat. Et iđ querūt honorari a prudētib⁹ q ſīt recti iudicij ⁊ apđ eos a qb⁹ cogſcunt: q meli⁹ poſſunt de eis iudicare. Et querūt honorari de virtute per quam aliqs eſt bonus: vt in 2° dicet. Et ſic virtus eſt aliqđ melius honore pp̄ter quā honor querītur. Non ergo in bonore ɔſiſtit. ¶ Deinde cum dicit.

Rō ſcđa. Propter qđ honor ab hoībus q̄rit ⁊ a qbus.

La. 6.

¶ Forſitan autem ⁊ magis vtiq aliquis finem ciuilis vite hanc exiſtimet.

Leo. Are.

¶ Atq ei fortaſſe q̄ſpiam ciuilis vite finē magis putabit.

Argir.

¶ Atq forſitan ⁊ finem quiſpiam ciuilis vite magis hanc eſſe putauerit.

¶ Jnquirit de opione ponētiū felicitatē in ṽtute. Et circa h̄ duo fac. p̄ pponit opionē. Et dic q forſitā aliqs extimabit magi eē finē ciuil vite ṽtutē q̄ honorē rōne p̄dcā. ¶ 2° ibi.

Opio ponētiū felicitatē i ṽtute.

¶ Uidetur autem imperfectior ⁊ hec. Uidetur enim contingere ⁊ dormire habentem virtutem vel non operari per vitam.

Leo. Are.

¶ Sed videt ⁊ hec impfectior. Nā ⁊ dormire ṽtutē h̄ntem ⁊ nō opari in vita. i. euenire vel ɔtingē recipe videtur.

Argir.

¶ Uerum ⁊ ipſa impfecta eſt. Uidet enim poſſe virtutem habens ⁊ dormire: aut nō agere quicq per vitam.

¶ Jmprobat eam duplici ratione. Quaꝝ prima talis eſt. Felicitas videt eſſe quoddam bonum pfectiſſimum. Sed virtus non eſt talis. Jnuenit enim quādoq ſine opatione que eſt pfectio: vt patet in his qui dormiunt. ⁊ tamē habitum virtutis habēt. ⁊ in his qui habēt habitum virtutis ⁊ in tota vita ſua nō occurrit eis facultas operandi ſm illā virtutē: vt maxime patet in magnanimitate ⁊ magnificentia: quia aliqs pauper habet habitū huiuſmodi. qui tamē nunq̄ pōt magnifica facere. Nō ergo virtus eſt idē felicitati. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

Jmprobatur p̄dicta opinio. Rō pma. Opō eſt pfectio virtutis. Uirtus inuenit quis ſine opōne

¶ Et cū his mala pati: ⁊ iſortunatū eſſe plurimum. Jta autem viuētem nullus vtiq felicitabit niſi poſitionem cuſtodiat. Et de his quidē igitur ſatis. Sufficienter enim in Encycli͞js dictum eſt de ipſis.

Leo. Are.

¶ Et inſuper maxima mala aduerſitateſq ſubire. Eū ṽo qui ita viuat: nemo beatū dicet: niſi poſitionē cuſtodiens. Et de his qdē ſatis. Nā ⁊ in coronis de his abunde dictū.

Argir.

¶ Et inſup maximis malis: atq aduerſa fortuna laborare. Eum ṽo qui ita ſe habet nemo felicem dixerit: niſi qui poſitionem conſeruat. Sed hec hactenus. Satis enī de his eſt ⁊ in conuerſionibus dictum.

¶ Que talis eſt: ɔtingit aliquē habitū habētem virtutis ⁊

Scḋa rō. Cōtingit biuīē biuī ďtutis cē īnfortunatum.

infortunatū eſſe. Sed nullus dicet talē eſſe felicem niſi aliquis qui vellet ꝑtinaciter poſitionē ſuā defendere ↄtra rōnes manifeſtas. Ergo felicitas nō eſt idē ďtuti. Et hoc dicit ad propoſitum ſatis eſſe. Sed de his ſufficienter dictuꝫ eſt in enkidijs. i. in quibuſdaꝫ circularibus verſibus quos de felicitate compoſuit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Tertia autem eſt contemplatiua de qua ꝑſcrutationem faciemus in ſequentibus.**

Leo. Are.

¶ Tertia eſt contemplatiua vita de qua in ſequentibus cōſiderationem faciemus.

Argir.

¶ De contemplatrice autem vita: quā tertiam diximus in ſequentibus ↄſideratione faciemus.

¶ Facit mētionē de vita ↄtēplatiua. Et dicit ꝙ de tertia vita. ſ. ↄtēplatiua ꝑſcrutabit̄ īferi⁹. ſ. i. x. ¶ Deīn cū dicit.

¶ **Pecunioſus autem quis violenter eſt.**

Leo. Are.

¶ Pecunijs vero intēdens: violētus qdam eſt.

Argir.

¶ Ea vero que pecunijs icumbit: violēta quedam eſt vita.

Contra illos qui ponūt felicitatē ī pecunijs. Qualiter dicat̄ vtile

¶ Inquirit de q̄d'ā alia opinione minus rationabili que ponit felicitateꝫ in aliquo qḋ hꝫ rōnem boni. vtilis. ſ. in pecunia. Et hoc repugnat rōni vltimi finis. Naꝫ vtile dr̄ aliqd ex hoc qḋ ordinat̄ ad finē: Quia tñ pecunia hꝫ vſeꝫ vtilitatē reſpectu oīum bonoꝝ tꝑaliū. ideo ꝓbabilitatē quādā hꝫ hec opinio que in pecunijs ponit felicitateꝫ. Improbat autē eā Ariſtoteles duplici rōne. Quaꝝ prima talis eſt. Pecunia per violētiā acquirit̄ ⁊ per violētiā ꝑdit̄. Sed hoc nō ↄuenit felicitati que ē finis volūtarioꝝ oꝑationū: ꝙ felicitas nō ↄſiſtit in pecunijs. ¶ Scḋaꝫ rōnē ponit ibi.

De acquiſitione ⁊ amiſſiōe pecunie.

¶ **Et diuitie non ſunt quod queritur bonū: Utiles enim ſunt ⁊ alterius gratia. Iḋ magis que prius dicta ſunt fineꝫ aliquis vtiqꝫ exiſtimat: Propter ſe enim diliguntur. videtur aūt neqꝫ illa: q̄muis multi ſermōes ad hoc cōpoſiti ſunt. Hic autē relinquātur.**

Leo. Are.

¶ Ipſeqꝫ profecto diuitie: nequaq̄ꝫ ſunt id quod querimus bonum. Utiles eniꝫ ⁊ alterius gratia. Itaqꝫ magis illa q̄ ſupra diximus: fines quis exiſtimet. qm̄ ꝑpter ſe expetunt̄. Sꝫ apparet nec illa ec: q̄muis multa vba ī his ↄſūpta ſunt.

Argir.

¶ Ipſeqꝫ diuitie nō ſunt id qḋ q̄rimus bonū. Utiles enim ſunt ⁊ ob aliud q̄ri ſolēt. Quapp̄ ea q̄ prius ſunt dicta potius quiſpiam fines eſſe exiſtimauerit: qppe cū pp̄ ſe expetant̄. At neqꝫ etiā illa ſunt: q̄q̄ꝫ ad ipſa complures iacte ſunt rationes. Hec igitur miſſa faciamus.

Scḋa rō. Pecunia querit̄ pp̄ aliud.

¶ Que talis eſt. Nos querimus felicitatē tanq̄ꝫ aliqd bonū qḋ nō querit̄ ꝑpter aliud: Sed pecunia querit̄ ꝑpter aliud. q: hꝫ rōnē boni vtilis: vt dictū eſt. Ergo in ipſa non ↄſiſtit felicitas. Cōcludit̄ aūt vlterius qḋ illa que ſupra dicta ſunt. ſ. voluptas honor ⁊ virtus. ꝑñt exiſtimari vltimi fines q: ꝑpter ſe reqrunt̄: vt dictū eſt: Et tñ neqꝫ in illis eſt vltimus finis vt oſteñ ſuꝫ eſt quātūs a diuerſis ſunt multi ſermones compoſiti ad aſſerendum felicitatem in predictis bonis conſiſtere. Sed iſte opiniones ſunt hic relinquende.

Lectio. vj.

**Quod autem vl'e melius forte perſcrutari ⁊ querere qualiter dicitur.**

Leo. Are.

¶ His igitur omiſſis de vniuerſali videre forſan ꝑſtabit: ⁊ quemadmodum dicatur inquirere.

Argir.

¶ Preſtat fortaſſe de vniuerſali bono cōſiderare: ⁊ quonaꝫ modo dicitur dubitare.

¶ Poſtq̄ꝫ phs reprobauit opiniones ponentiū felicitatem in aliquo manifeſtorum bonoꝝ. hic improbat opinioneꝫ ponentiū felicitatē in quodam bono ſeparato. ¶ Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ neceſſariū eſt ingrere de hac opinione. Scḋo incipit eam improbare. ibi. (Ferentes aūt opinionē hanc ⁊c̄.) ¶ Circa primum tria facit. Primo ꝓponit vtilitatē huius inqſitionis. Scḋo oſtēdit qd videatur huic inquiſitioni repugnare. ibi. (Et ſi ardua tali queſtione facta ⁊c̄.) Tertio oſtēdit qḋ illud non debeat retrahere ab inqſitione huius veritatis. ibi. (Uidetur autē vtiqꝫ melius ⁊c̄.) ¶ Circa primū ↄſiderandū eſt ꝙ illud bonū ſeparatū in quo platonici ponebant hominis felicitatē ↄſiſtere dicebāt vniuerſale bonū: per cui⁹ participatione oīa bona dicūt̄. Dicit ergo ꝙ ꝑſcrutari de hoc vli bono an ſit. ⁊ ingrere qualiter eſſe ponat̄. forſitā eſt melius q̄ꝫ ingrere de ꝑmiſſis opinionibus: eius enim inqſitio eſt magis philoſophica: vtpote magis ꝑtinens ad ↄſiderationē veri boni ⁊ vltimi finis q̄ꝫ ꝑmiſſe. ſi ipſe opiniones ſꝫ ſe conſiderentur: Si autē ↄſiderent̄ ſm ꝙ ꝑtinet ad ꝓpoſitum inquirere de premiſſis opinionibus magis videtur fuiſſe conueniens propoſito. Et ideo dixit forſitan: quod eſt aduerbium dubitandi. ¶ Deinde cum dicit.

Uniuerſale bonum ſꝫ platonicos.

¶ **Et ſi ardua tali queſtione facta ꝑpter amicos veros introducere ideas.**

Leo. Are.

¶ Quāq̄ꝫ hec queſtio per ardua ſit ob amicos qui ideas introduxerunt.

Argir.

¶ Q̄ꝫq̄ꝫ hec queſtio per ardua nobis eſt: propterea ꝙ amici ſunt qui formas ipſas introduxerunt.

¶ Ponit qd poſſit eum retrahere ab inquiſitione talis opinionis. Et dicit ꝙ huius inqſitio eſt ↄtraria ſue volūtati. ꝑpter hoc ꝙ erat introducta a ſuis amicis. ſ. a platonicis Nā ipſe fuit platonis diſcipulus. Improbādo aūt ei⁹ opinionē videbat̄ eius honori derogare. Iḋ aūt pon⁹ hic hoc. dicit q̄ꝫ in alijs libꝛis in qb⁹ opinionē platonis improbat: Quia iprobare opionē amici nō eſt ↄ veritatē: que querit̄ ꝑncipaliter in alijs ſpeculatiuis. Eſt aūt ↄ bonos mores: de qb⁹ ꝑncipaliter agit̄ in h libro. ¶ Deinde cum dicit.

Cur ſpāīr ī hoc ari. ſe excuſet de ipugnationi platonis.

¶ **Uidebitur autez vtiqꝫ melius eſſe forſitā ⁊ oportere ⁊ pro ſalute ďitatis ⁊ familiaria deſtruere: ſpecialiterqꝫ ⁊ philoſophos exiſtentes: Ambobus enim exiſtentibus amicis: ſanctum prehonorare veritatem.**

Leo. Are.

¶ Sed pro defenſione veritatis: etiā ꝓpria ipugnare, oportere: preſertim phos: magis forſan exiſtimandum eſt. Nā cum ambo ſint amici piū eſt veritatē in honore preferre.

Argir.

¶ Uerum melius forſitā ⁊ oportere videbitur ſua quoqꝫ: preſertim philoſophos pro veritatis ſalute refellere. Nam cum ambo ſint amici. ſcm̄ eſt honore ďitatem preferre.

¶ Oñdit ꝙ hoc eū non dꝫ retrahere. Quia videbit̄ meli⁹

Veritas amicis eſt pferēda.

Offi pħi

Lēc.3 Nota d' veritate.

andronic' Plato

eſſe.i.magis honeſtū. ⁊ ad bonos mores ptinēs ⁊ oīno opꝫtere: vt hō nō vereaꝛ oppugnare familiares ſuos ꝓ ſalute veritatis. Eſt enī hoc adeo neceſſariū ad bonos mores: vt ſine h virtus ꝯſeruari non poſſit. Niſi enī hō veritatē familiaribus pferret: ꝯñs eſſet: ꝙ hō falſa iudicia ⁊ falſa teſtimonia ꝓferret pro defenſione amicoꝝ. Qđ eſt ꝯ virtutē: Et quāuis vtr̄ rōne ptinēte ad oēs hoīes vitas ſit pferēda amicis ſpālr̄: tñ hoc opꝫ facere phō. qui ſunt ꝓfeſſores ſapiētie: que eſt cognitio veritatis. Qꝫ aūt oportet vitatē pferre amicis: oſidit hac rōne: Quia ei qui eſt magis amicus: magis eſt deferendū. Cū aūt habeamus amicitias ad ambo. ſ. ad veritatē ⁊ hoīes: magis debem' amare vitatē ꝙ̄ hoīes: qꝛ hoīeꝫ pcipue debemus amare: ꝓpter veritatē. ⁊ vitutē vt in. viij. hui' diceꝛ. Veritas aūt eſt amicus hꝫ ſuperexcellēs: cui debeꝛ reuerētia honoris. Etiā vitas ē qđdā diuinū. In deo enī ꝓ ⁊ ꝑncipalr̄ inueniꝛ: ⁊ ideo ꝯcludit ꝙ ſanctū eſt ꝓhonorare vitatē hoīb' amicis. Dicit enim Andronicus peripateticus: ꝙ ſctitas eſt q̄ facit fideles ⁊ ſeruātes ea que ad deū: Iuxta hoc etiā eſt ſnīa platonis: q reprobās opinionē ſocratis magiſtri ſui dicit: ꝙ opꝫ magis d vitate curare ꝙ̄ de aliquo alio: Et alibi dicit: Amic' qdeꝫ ſocrates: ſed magis amica vitas. Et in alio loco. De ſocrate qdē paꝝ eſt curādū: de vitate multuꝫ. ℂ Deīn cū dicit.

ℂ Ferētes āt opinionē hāc nō faciebāt ydeas in qb' prius ⁊ poſterius dicebāt. Propter qđ neqꝫ numeroꝝ ydeam cōſtituebāt. Bonū aūt dꝛ ⁊ in eo qđ qd eſt ⁊ in q̄li ⁊ i ad aliqd. Qđ eſt aūt ⁊ ſꝫ ſeipꝫ ⁊ ſubſtātia: pri' nā eo qđ eſt ad aliqd. Propagini enī hec aſſimilātur ⁊ accidēti entis. Quare neqꝫ vtiqꝫ erit cōmunis quedaꝫ in his ydea.

Leo. Are.

ℂ Huius opinionis latores nō ponebāt ideas in qb' pus ⁊ poſterius dicebaꝛ. Itaqꝫ nec nūoꝝ ideā ꝯſtituebāt. Bonū aūt diciꝛ ⁊ in eo qđ qd eſt. ⁊ i eo qđ q̄le: ⁊ i eo qđ ad aliqd. Qđ vo ꝑ ſe atqꝫ ſubſtātia: pus eſt nā ꝙ̄ id qđ ad aliqd ē. Nā id tanꝙ̄ adiacēs qddā ⁊ accñs ſubſtātie videtur eſſe. Quare in his qdē nequaꝙ̄ cōmunis q̄dā foret idea.

Argir.

ℂ Qui igiꝛ hāc attulerūt opinionē: in his rebus non faciebant ideas: in qbus prius ⁊ poſterius eſſe dicebant. Iccirco neqꝫ numeroꝝ ideā ponebāt. At bonū ⁊ in ſubſtātia diciꝛ: ⁊ in quali: ⁊ in eo qđ eſt ad aliqd. Atqꝫ id qđ eſt per ſe ſubſtantiaue: pri' eſt eo nā qđ eſt ad aliqd. Eſt.n. h appēdici ⁊ accidenti eius quod eſt ſimile. Quibus efficitur: vt nō ſit in omnibus communis quedam idea.

Lec.x.

Lec.x Pro quo ſenſu platōis. pō ab ari improbeꝛ. T.cō.52.

Nō pma ꝯtra platōis pōnē,

ℂ Improbat platonis poſitionē dicētē ꝙ felicitas hoīs cōſiſtit in q̄dā cōi ydea boni. ℂ Et circa h duo facit. Primo oſidit ꝙ nō eſt vna cōis ydea boni. Scđo oſidit ꝙ et ſi eēt nō ꝯſiſteret in ea humana felicitas ibi. (Sꝫ forte hoc qdē relinquēdū ē nūc ⁊c̄.) ℂ Circa pm̄ duo facit. Primo oſtēdit ꝙ nō ſit vna cōis ydea boni. Scđo inqrit de mō loqndi q platonici hāc ydeā noīabāt ibi. (Quereret aūt qs vtiqꝫ ⁊c̄.) ℂ Circa pm̄ ꝯſiderādū eſt ꝙ Ar. nō itēdit iꝓbare opinionē platōis quātū ad h ꝙ ponebat vnū bonū ſeparatū a quo depēderēt oīa bona. Nam ipſe Ar. in. 12 metaphy. ponit qđdā bonū ſeparatuꝫ a toto vniuerſo. ad qđ totū vniuerſū ordinaꝛ: ſicut exercitus ad bonū ducis. Improbat aūt opinionē platonis quātum ad hoc ꝙ ponebat bonū ſeparatū eſſe quādā ydeā cōmunē oīum bonoꝝ. ad qđ qdē iꝓbādū vtiꝛ triplici rōne: Quaꝝ pma ſumitur. ex ipſa pōne platonicoꝝ: q nō faciebāt aliquā ydeā in illis generibus: in quibus inuenitur prius ⁊ poſterius: ſicut patet. in numeris. Nā binarius naturalr̄ prior eſt ternario: ⁊ ideo nō dicebant platonici: ꝙ numerus cōmunis eſſet quedam ydea ſeparata. ponebāt aūt ſingulos numeros ideales ſeparatos. puta binarium trinarium ⁊ ſimilia: Et huius ratio eſt: quia ea in qbus inuenitur prius ⁊ poſteri' nō videntur eſſe vnius ordinis. ⁊ per ꝯſequens nec equaliter vnā ydeam participare: Sed in bonis inueniꝛ prius ⁊ poſterius: Quod manifeſtat ex hoc ꝙ bonū inuenitur in eo ꝙ quid eſt idest ſuba: ⁊ ſimiliter in qualitate: ⁊ etiaꝫ i alijs generibus. Manifeſtū eſt aūt ꝙ illud qđ eſt ens per ſeipſuꝫ. ſcilicet ſuba eſt naturaliter prius omnibus his que nō habent eſſe niſi in cōparatione ad ſubaꝫ: ſicut eſt quātitas: q̄ eſt menſura ſube: ⁊ qualitas que eſt diſpoſitio ſube: ⁊ ad aliqd qđ eſt habitudo ſube: Et ideꝫ eſt in alijs generibus: que omnia aſſimilātur propagini entis. idest ſube: que eſt principaliter ens: a qua propaginātur ⁊ deriuanꝛ omnia alia genera: Que etiam in tantum dicuntur entia inꝙ̄tū accidunt ſube. Et ex hoc concludit: ꝙ non poteſt eſſe quedam cōmunis ydea boni. ℂ Secūdā rationē ponit ibi.

Bonū dꝛ ꝯ.x. pdicamētis ſm prius ⁊ poſterius.

ℂ Amplius aūt qꝛ bonū equale dꝛ enti: Etenīꝫ i eo qđ qd eſt dꝛ: vtputa de' ⁊ itell's: Et i q̄li virtutes: Et in quāto mēſuratū: Et i ad aliqd vtile: Et in tpe mora: Et i loco dieta: ⁊ altera talia. Manifeſtū ꝙ nō vtiqꝫ erit cōe qd vlē ⁊ vnū. Nō.n. vtiqꝫ diceretur in oīb' predicamētis: ſed in vno ſolo.

Leo. Are.

ℂ Preterea cū bonū tot modis dicaꝛ: quot modis dꝛ ens. Nā ⁊ in eo qđ qd: vt deus ⁊ mens. Et in quali virtutes. Et in ꝙ̄tītē mēſuratū. Et ad aliqd vtile. Et in tēpore: occaſio. ⁊ in loco dieta. ⁊ alia hꝫ. Manifeſtū ē nō eē cōe vniuerſale ⁊ vnū. Nō.n. i oīb': ſꝫ i vno dūtaxat pdicamēto diceret.

Argir.

ℂ Preterea cū bonū eque atqꝫ id qđ eſt dicaꝛ. (Nā ⁊ i ſubſtātia diciꝛ bonū: vt mēs ⁊ deus: ⁊ in quali virtus: ⁊ i quāto mediocre: ⁊ in relatione vtile: ⁊ in tpe occaſio: ⁊ in loco mora: ⁊ alia iſtiuſmodi). Cōſtat nō eē cōe qđꝙ̄ vniuerſale, ac vnū. Nō.n. i oīb' pdicamētis: ſꝫ i vno tātūmō diceret.

ō ſcđa. Platō. Nihil pdicaꝛ vniuoce de decēꝫ generib'.

ℂ Ad cuius euidētiā ſciendū eſt ꝙ plato ponebat ydeā eſſe rōnem ⁊ eſſentiā oīum eoꝝ: que ydeam participant: Ex quo ſequitur ꝙ eoꝝ quoꝝ nō eſt vna ratio cōmunis non poſſit eſſe vna ydea: Sed diuerſoꝝ predicamētoꝝ non eſt vna ratio cōmunis. Nihil enim vniuoce de his predicaꝛ. Bonū aūt ſicut ⁊ ens cū ꝯuertatur cum eo inueniꝛ in quolibet predicamēto: Sicut in qđ qd eſt. idest ſuba: bonum dicitur deus in quo non cadit malitia: ⁊ itellectus: qui ſemper eſt rectus. In qualitate autem virtus que bonuꝫ facit habentem. In ꝙ̄titate auteꝫ cōmenſuratū quod eſt bonū in quolibet quod ſubditur menſure. In ad aliquid auteꝫ bonum quod eſt vtile: quod eſt bonum relatum in debitū finem. In quādo auteꝫ tempus ſcilicet oportunū: ⁊ in vbi locus congruus ad ambulandum: ſicut dieta. Et ideꝫ patet in alijs generibus. Manifeſtum eſt ergo quod non eſt aliquid vnum bonum: ꝙ ſcilicet ſit ydea vel ratio cōmunis omnium bonorum alioquin oporteret ꝙ bonum nō inueniretur in omnibus predicamentis: ſed in vno ſolo. ℂ Tertiam rationem ponit ibi.

ℂ Amplius aūt qꝛ eoꝝ que ſm vnaꝫ ydeaꝫ vna ē ⁊ ſcia ⁊ bonoꝝ oiuꝫ. eēt vtiqꝫ vna q̄dā ſcia. Nūc aūt ſunt multe ⁊ eoꝝ que ſub vno ſunt predicamēto: vtputa tempis. In bello

enī q̄dē militaris. In egritudine aūt medicinalis. In laboribus autem exercitatiua.

Le. are.

¶ Preterea cū eoꝝ que ſm̄ vnam ſunt ideam: vna ſit ſciētie: ⁊ bonoꝝ oīum vna ſcia foret. Nunc aūt ſunt plures ēt eoꝝ que ſub vno p̄dicamēto ſunt. Ceu tp̄is q̄dē in bello res militaris: in morbo medicina: i laborib⁹ gymnaſtica.

Argir.

¶ Preterea cum eoꝝ que vnam h̄n̄t ideam: vna ſit ⁊ ſcientia bonoꝝ: etiam oīū vna ſcientia quedā eſſet. Nunc aūt plures ſunt ⁊ eoꝝ que ſub eodē predicamēto ſunt collocata: vt tēporis. In bello q̄dem militaris facultas: in egritudine autem ars medēdi. Et mediocris: in alimento q̄dem medicina: in laboribus autem ars corporis exercendi.

Tertia rō. Platonis opinio de idea noſtra.

¶ Ad cui⁹ euidētiam ſciēdū eſt ꝙ ſicut Plato ponebat ꝙ res extra aīam exiſtes aſſequunt̄ formaꝝ gn̄is vel ſp̄ei per hoc ꝙ ꝑticip̄āt ideā: ita ꝙ aīa nō cognoſcat lapidē niſi per h̄ ꝙ ꝑticipat ideā lapidis ita aīa illaꝝ ſciam ⁊ cognitionē ꝑticipat ꝑ h̄ ꝙ ipſaꝝ forē ſiue idee in ip̄a īprimunt̄. Ex q̄ ſe quit̄ ꝙ oīum eoꝝ que h̄n̄t vnā ideā eſt vna ſcia. Si ḡ oīuꝫ bonoꝝ eēt vna idea ſequeret̄ ꝙ oīa bona ꝑtinerēt ad ꝯſiderationē vnius ſcie. Hoc aūt videm⁹ eē falſum: ēt q̄tum ad bona: que ſūt in vno p̄dicamēto. Qḋ addit ne aliq̄s diuerſificationes ſciaꝝ attribuēt diuerſitati p̄dicamentoꝝ. Videm⁹ aūt ꝙ tp̄s ꝯgrui ꝯſiderat q̄dē in reb⁹ bellicis militaris. In egritudinib⁹ aūt medicinalis. In laborib⁹ autem exercitatiua. Relinqt̄ igit̄ ꝙ nō eſt vna cōis idea bonoꝝ.

Lectio. vij.

Ueret aūt vtiq; aliq̄s quid: ⁊ volūt dicere per ſe vnūq̄dq;: ſi ⁊ in per ſe homine ⁊ i homine vna ⁊ eadē eſt ratio que hominis. Secunduꝫ enim ꝙ homo nihil differt. Si autem ſic neq; ſcd̄m ꝙ bonum.

Le. are.

¶ Ambiget v̄o q̄ſpiaꝫ quid dicere velint ip̄m quodq;. ſiq̄dem in ipſo hoīe: ⁊ in hoīe vna atq; eadem ratio hoīs eſt. Qua.n. homo: nihil differūt. qḋ ſi ita: nec qua bonum.

Argir.

¶ Dubitauerit aūt quiſpiam q̄dnam ⁊ velint dicere ipſuꝫ: quodq; ſi vna ⁊ eadeꝫ hoīs eſt rō ⁊ in ipſo hoīe: ⁊ in hoīe. Nam quo vterq; eſt hō: hoc dīam inter ſeſe nullam habebunt. Quod ſi ita eſt: neq; quo vtrunq; eſt bonum.

¶ Oſtendit ſupra ph̄s ꝙ nō eſt idea cōis oīum bonoꝝ: ſed q̄ Platonici illud bonū ſepatum nō ſolum vocabāt ideā boni: ſed ēt per ſe bonū. hic intēdit ingrere Ariſt. vtꝝ ꝯuenienter dicat̄. Et circa h̄ duo facit. Primo oſtēdit ꝙ illud bonū ſepatum nō ꝯuenienter noīat̄ per ſe bonū. Scd̄o oſ dit ꝙ ponere bonū ſepatum eſſe ꝑ ſe bonū repugnat ei qḋ dī eſſe cōem ideam oīum bonoꝝ. ibi. (Dis aūtē que dicta ſunt ⁊c̄.) ¶ Circa p̄m̄ tria facit. Primo oſdit ꝙ illud bonum ſepatum nō ꝯuenicter dī per ſe bonum. Scd̄o excludit quādam r̄ſiſionē. ibi. (Sed neq; q̄dē ꝑpetuum eē ⁊c̄.). Tertio cōparat hoc dictuꝫ opinioni pythagoricoꝝ. ibi. (Probabilius aūt videnē ⁊c̄.) ¶ Circa p̄m̄ ꝯſiderādūꝫ eſt ꝙ illud bonū ſepatum qḋ eſt cauſa oīum bonoꝝ: opꝫ ponere in altiori gradu bonitatis q̄ꝫ ea que apud nos ſunt: eo ꝙ eſt vltimus finis oīum. Per hoc aūt dictum videt̄ ꝙ non ſit altioris gradus in bonitate q̄ꝫ alia bona. Et h̄ manifeſtat ꝑ hoc ꝙ vnumq̄dq; ſeparatoꝝ vocabāt per ſe: vt per ſe hoīem: ⁊ etiam per ſe equum. Manifeſtuꝫ eſt aūt ꝙ

[illegible] ſententia plato[illegible] [illegible] pōnis de [illegible] bono ſepa[illegible] [illegible] qḋ ap[illegible] [illegible] habat ꝙ [illegible] bonum.

vna ⁊ eadem ratio eſt hoīs qui eſt apud nos ⁊ per ſe hominis.i. ſeperati. Et hoc manifeſtat per hoc ꝙ hō ſeparat⁹ ⁊ homo qui eſt in mā non differunt in hoc ꝙ homo differūt aūt quātum ad quedā alia. puta ꝙ ille hō eſt in materia. Sicut aīal cōmune ⁊ hō non differūt in rōne aīalis. Sed differūt in hoc ꝙ homo addit rōnale ſuper aīal. Ita etiam videt̄ ꝙ in ratione hoīs non differat homo ſeparatus ab hoc hoīe. Sed in hoc ꝙ hic homo addit mām ſupra hominem. Eadem rōne bonum qḋ nomināt per ſe bonuꝫ non erit alterius rationis in bonitate q̄ꝫ hoc particulare. poterit autem eſſe differentia quātum ad aliqua alia: que ſunt preter rōnem boni. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed neq; quidem perpetuum eſſe magis bonum erit. Sed neq; magis quod diuturnius eſt eo ꝙ vnius diei.

Le. are.

¶ At v̄o neq; q̄ ꝑpetuum ideo magis bonū. Siq̄deꝫ nec magis album id qḋ diuturnū q̄ꝫ id qḋ vnius diei.

Argir.

¶ At v̄o neq; q̄ ꝑpetuuꝫ eſt. ideo magis erit bonū. Siquidem neq; diuturnū albū magis eſt albū: q̄ꝫ vn⁹ albū diei.

¶ Excludit quādam r̄ſiſionem. Poſſet enim aliq̄s reſpōdere ꝙ illud per ſe bonū eſt melius: q̄ eſt ꝑpetuum. Hec aūt bona ſunt corruptibilia. Quod autē eſt diuturnius videt̄ eſſe melius: ⁊ magis eligēdum. ¶ Sed ad hoc excludendum dicit: ꝙ neq; hoc qḋ eſt ꝑpetuum eſſe facit illud per ſe bonum eſſe magis bonuꝫ. Perpetuū.n.a nō ꝑpetuo differt duratiōe. Differētia aūt durationis alicuius rei eſt preter rōneꝫ ſpeciei: ſicut vita que eſt vnius diei: ⁊ vita que eſt diuturna non differunt in rōne vite: ſed ſolum differunt in duratione. Sic ergo ſi accipiat̄ bonum quaſi vna ſpecies duratio erit p̄ter rōnem boni. Et ita ex hoc qḋ eſt aliquid diuturnius nō differt ſm̄ rōnem boni quaſi exiſtēs melius q̄ꝫ ſi eſſet vnius diei tm̄. Sed ſi ponamus nō eſſe vnā ſpēm vel ideam boni: vt Platonici poſuerūt: ſed qḋ bonum dicitur ſicut ens in oībus generibus: hoc ipſum qḋ eſt diuturnitas erit bonum in tēpore. Unde adderet ad bonitatem. Et ſic qḋ eſt diuturnius erit melius. Sed hoc non pōt dici ſi bonum ſit vna ſpēs per ſe. Et ita ſeq̄tur ꝙ neq; ſit melius ex hoc ꝙ eſt ꝑpetuum. ¶ Deinde cum dicit.

Obiectio

Rn̄ſio

Nota q̄d bonū diuturnius vt ſol melius ē quo non.

¶ Probabilius aūt videntur pythagorici dicere de ipſo ponētes i bonoꝝ coordinatione vnuꝫ. Quos vtiq; ⁊ ſpeuſippus ſeq̄ videtur. Sed de his quidē igit̄ alius ſit ſermo.

Le. are.

¶ Probabilius autem videntur dicere pythagorici: qui in ordine bonoꝝ vnuꝫ reponunt: quos ⁊ Speuſippus ſequi videtur. Uerum de his dicetur alio loco.

Argir.

¶ Probabilius aūt de ipſo videnē dicere pythagorici: ip̄m vnum in bonoꝝ ſerie collocantes. Quos ſecutus videtur ⁊ Speuſippus. Sed de his quidem alius erit ſermo.

¶ Cōparat p̄dictā poſitionē pōni pictagoricoꝝ. Circa qḋ ꝯſiderādum eſt ꝙ ſm̄ platonicos eadeꝫ erat ratio boni ⁊ vnius. Et ideo ponebāt idē eſſe ꝑ ſe vnū ⁊ per ſe bonū. Uñ neceſſe erat ꝙ ponerēt vnuꝫ p̄mū bonū: qḋ q̄dē pictagorici nō faciebāt. Sed vnuꝫ ponebāt aliq̄d eoꝝ: que ꝯtinent̄ ſub coordinatione boni: ſub quo ponebāt lumē vnū itellectum quietē maſculinū dextrū finitum par rectū q̄drati. Ecōtrario aūt ſub malo ponebāt tenebras multitudinem opinionē motū femininū ſiniſtruꝫ infinituꝫ parē curuum alterā p̄tē lōgius. ¶ Dicit ergo ꝙ q̄tum ad h̄ ꝓbabilius

Platōici.

Coordinationes bonoꝝ ⁊ maloꝝ ſm̄ pythagoricos.

Speuſippꝰ

dixerūt pictagorici ꝙ̄ platonici: qꝛ nō cogebantur ponere vnā rationē boni. Un̄ ⁊ Speuſippus qui fuit nepos platonis filius ſororis eiꝰ. ⁊ ſucceſſor eiꝰ in ſcholis: in hoc nō fuit ſecutꝰ platonē: ſʒ magis pictagoꝛam. dicit aūt ꝙ de his dʒ fieri alius ſermo. ſ. in metaphyſica. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ His autē que dicta ſūt dubitatio quedam ſubapparet: ꝓpter non de omni bono ſermones dici ⁊ fieri. Dici autē ſm vnam ſpeciem q̄ ſm ſeipſa ꝓſecuta ſunt ⁊ dilecta. Factiua autem hoꝝ vel conſeruatiua aliqualiter: vel contrarioꝝ prohibitiua ꝓpter hec dici: ⁊ ſm modū alium. Manifeſtū igitur quoniam dupliciter dicitur bonū. Et hec quidem propter ſeipſa. Hec aūt propter h.

L e are.

ℭ Ex illis vero que ſupꝛa diximus: dubitatio quedā ſuboꝛta apparet: qm̄ de vniuerſo bono ſermo nō habebat. Et que nos propter ſeipſa appetimus atq; optamus: ſm vnā ſpeciem dicunt. Que vero hec efficiunt: aut cuſtodiunt: aut cōtraria prohibent: ꝓpter illa dicuntur: ⁊ alio mō. Conſtat igit biſariam dici bona: alia ꝓpter ſeipſa: alia ꝓpter illa.

Argir.

ℭ In hꝭ aūt que dicta ſunt ꝯtrouerſia quedam eſt: qꝺ rōnes non de oi bono ſunt dicte. Dicunt aūt vna ſpecie bona ea que amant ꝑ ſe. Ea vo que hec efficiunt: aut aliquo modo ꝯſeruāt: aut ꝯtraria ꝓhibēt: ꝓꝑ hec ipſa: modoq; alio bona dicit. Cōſtat igit bōa biſariā dici: alia ꝑ ſe: alia ꝓꝑ illa.

ℭ Oſtendit ꝙ dicere illud bonū ſeꝑatū eſſe ꝑ ſe bonū repugnat ei ꝙ eſt vnā eē ydeā oium bonoꝝ. Et circa hoc tria facit. Pꝛimo oſidit ꝙ ꝑ ſe bonū nō pōt eſſe cōis ydea oium bonoꝝ. Scꝺo ꝙ nō pōt eſſe cōis ydea: eē oium que dicunt per ſe bona. ibi. (Diuidētes igit ⁊c.) Tertio reſpōdet cuidam qōni. ibi. (Sʒ q̄liter vtiq;.) Dicit ergo pꝛio ꝙ ꝯ ea q̄ dicta ſunt a platōicis occurrit apparet quedā dubitatio ꝓꝑ hoc: qꝛ cū loquit de illo ꝑ ſe bono nō videt de oi bono ſermones dici quātū ad ipſaꝫ apparētiā verboꝝ: ⁊ fieri q̄ntū ad ꝯuenietiā reꝝ. Et hoc iō qꝛ diuerſe ſunt ſpēs vel rōnes bonoꝝ. Dicunt. n. ſm vnaꝫ ſpēm vel rōneꝫ boni. illa q̄ ſm ſe ipſa ſunt ꝓſecuta. i. queſita vel deſiderata vel dilecta. i. amata. Et ſm aliā rōnē dicunt bōa illa que ſunt aliqualr gratia illoꝝ que ſunt ſm ſe bona. Tertio vo mō dicuntur aliq̄ bōa: q̄ ſunt ꝓhibitiua ꝯrioꝝ. Sic igit manifeſtū eſt qꝺ bonū dupſr dꝛ. Quedā. n. ſunt bona ſm ſeipſa. ſ. ꝓma de quibꝰ dictū eſt. ꝙ ꝓꝑ ſe querunt: vtraq; vo alia. ſ. factiua vel ꝯſeruatiua: ⁊ eē ꝓhibitiua ꝯrioꝝ dicunt bona ꝓꝑ illa que ſunt ſm ſe bona. Et ſic manifeſtuꝫ eſt qꝺ rō ꝑ ſe boni nō pōt aptari omnibus bonis. ℭ Deinde cum dicit.

Bonoꝝ alia q̄runt ꝓꝑ ſe alia ꝓꝑ aliud.

ℭ Diuidentes igitur ab vtilibus q̄ ſʒ ſeipſa intueamur ſi dicunt ſm vnam ydeam.

Le. are.

ℭ Que ergo propter ſe bona ſunt: ab vtilibus ſeparantes: conſideremus ſi ſm vnam dicantur ideam.

Argir.

ℭ Seiunctis igitur per ſe bonis a bonis vtilibus cōſideremus ſi ea que ſunt per ſe vna idea boni dicantur.

ℭ Oſtendit ꝙ ratio per ſe boni nō pōt cōpetere omnibus ꝑ ſe bonis. Et pꝛimo dicit de quo eſt intentio. Circa quod cōſiderandū eſt ꝙ factiua vel conſeruatiua ſm ſe bonoꝝ: ꝫ vel pꝛohibitiua cōtrarioꝝ dicunt bona: ſicut vtilia ⁊ talibus non aptat ratio per ſe boni. Separemꝰ ergo iquit ab eis illa que ſunt ſm ſe bona ⁊ videamus ſi poſſint dici bōa ſm vnam ydeam quam dicunt per ſe bonū. ℭ Scꝺo ibi.

ℭ Secūduꝫ ſeipſa aūt qualia ponet q̄s vtiq; vel quecunq; ⁊ ſolitaria ꝓſequūtur: vtputa ſcire ⁊ videre: ⁊ voluptates q̄dā ⁊ honores. Hec enim ⁊ ſi propter aliud quidem perſequimur tn̄ ſʒ ſe bonoꝝ ponet vtiq; aliq̄s. Vel neq; aliud aliquid preter ydeā.

Le. are.

ℭ Sed que ponenda ſunt propter ſe bona? An quot ſola licet: quis perſequitur? Uelut ſapere: videre: ⁊ voluptates quedam ⁊ honores. Nam hec ⁊ ſi propter alia perſequamur: tamen ⁊ propter ſeipſa: in bonis quis reponat. An nihil aliud quicq̄ preter q̄ ideam.

Argir.

ℭ At querā quiſpiaꝫ poſuerit per ſe bona: an ea que ⁊ ſine aliis ꝓſequimur: q̄le eſt ſapere ⁊ videre ⁊ voluptates nonnulle atq; honores. Hec. n. tametſi ꝓꝑ aliud quippiā perſequimur: tamen ex hꝭ eſſe poſuerit quiſpiam que ſunt ꝑ ſe bona. An nihil aliud preter ideam ponendum eſt.

ℭ Ad hoc inueſtigādū ꝓponit quādā qōneꝫ qualia. ſ. ſint ponēda ſm ſe bona. Et hāc qōneꝫ determinat ꝑ duo mēbꝛa. Quoꝝ pꝛimū eſt. vtꝝ dicēda ſint ſm ſe bona q̄cūq; querunt ſolitaria. i. etiā ſi ſola eſſent: vt. ſ. nulla alia vtilitas ex eis ſequeret. ſicut ſcire videre ⁊ voluptates quedā ⁊ honores. Hꝰ. n. q̄uis quandoq; querant ꝓꝑ aliqd aliud ad qꝺ ſunt vtilia: tn̄ ſi ad nihil aliꝺ valerent ſm ſe eſſent bona ⁊ deſiderabilia. Secūdū aūt mēbꝛū qōnis eſt vtrū nihil aliud ſit per ſe bonum niſi ſola ydea. ℭ Tertio ibi.

Que dicunt ꝑ ſe bona.

ℭ Quare inanis erit ydea.

Le. are.

ℭ Itaq; ſuperflua ſpecies erit.

Argir.

ℭ Quare forma res quedam erit inanis.

ℭ Deducit hoc ſm mēbꝛuꝫ imediate premiſſum. Et ꝯcludit ꝙ ſi nihil aliud ſit per ſe bonuꝫ niſi ydea: erit ydea q̄ſi exemplaꝫ quoddam: cuius ſilitudo ſit aliꝭ impreſſa. Exemplar aūt eſt ſupuacuū ſi nulli aſſimilet. Un̄ ſeqtur ꝙ ydea ſit inanis: ſi nihil aliud ſit ſm ſe bonū. ℭ Quarto ibi.

ℭ Si autem ⁊ hec ſunt eoꝝ que ſm ſeipſa: boni rationē in omnibus ipſis eandem apparere opoꝛtebit: quēadmodū in niue ⁊ in ceruſa eam q̄ albedinis. Honoris autem ⁊ prudentie ⁊ voluptatis alie ⁊ differentes ſūt rationes: ita ſm qꝺ bona. Non igitur eſt bonum cōe quid ſcꝺm vnam ydeaꝫ.

Le. are.

ℭ Sin autem ⁊ hec ſunt ꝓpter ſe bona: eandem in cunctis rōnem boni extare opoꝛtebit: quēadmodum albedinis in niue ⁊ ceruſa. Honoris autem ⁊ prudentie ⁊ voluptatis: alie atq; diuerſe ſunt rationes qua bona ſunt. Nō eſt ergo bonum cōmune aliqd ſm vnam ideam.

Argir.

ℭ Quod ſi hec quoq; ꝑ ſe ſunt bona: eādeꝫ in hꝭ oibꝰ ipſius boni rōneꝫ ineſſe opoꝛtebit: perinde atq; albedinis ratio eadem eſt in niue atq; ceruſa. At honoris prudētie: voluptatis ſʒ ipſo quo bona ſunt diuerſe ſunt rōnes ac differētes. Ipſum ꝗ bonum nō eſt qꝺ cōe vna ydea.

ℭ Deducit ſcꝺm. Et dicit ꝙ ſi oia pdicta ſint ſm ſe bona

participando

participando ydeam: que eſt per ſe bonū: oportebit q̃ in oībus appareat eadē ratio bonitatis: ſicut in niue ⁊ cerus ſa eſt eadē ratio albedinis: eo q̃ participant vnā formam. Sed h̃ nō apparet eſſe verū in pdictis. Honor.n. ⁊ prudentia ⁊ voluptas hñt diuerſas rōnes nō ſolū pprias: put.ſ. ratio honoris inquātum eſt honor differt a rōne prudentie inquātum eſt prudētia: ſed inquātum eſt bona. Nō.n. eſt vna ratio bonitatis in oībus hiis: nec ſm eandem rationem ſunt appetibilia. Unde relinquitur q̃ id qd̄ dicunt p ſe bonum nō eſt aliquid cōmune velut vna ydea cōmunis omnium bonorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed qualiter vtiq̃ dicuntur. Non.n. aſſimilantur a caſu equocis. An certe ei qd̄ eſt ab vno eſſe vel ad vnū oīa cōtendere. Uel magis ſm analogiam. Sicut.n. in corpe viſus in aīa intellectus ⁊ aliud vtiq̃ in alio.

Leo. Are.

¶ Quēadmodū ergo dicunt? Neq̃.n. ſilia videnī hec que fortuito equoca ſunt. Sed videlicet ab eo q: ab vno ſunt: aut q: ad vnum cūcta pterminant. Uel potius ſm analogiam. Ut.n. in corpe viſus: in aīa mēs: ⁊ aliud certe ī alio.

Argir.

¶ At quonā mō dicunt. Nō.n. hiſce ſilia ſūt. que noīe eodē fortuito nūcupant. Utrū ne igit: q: ſūt ab vno aut ad vnū oīa pferūt? An cōparatione potius rōnum. Etenim vt eſt in corpe viſus: ſic eſt in aīa mens: ⁊ aliud item in alio.

Dici d̄ multis ſm diuerſas rōnes dupl̃r.

¶ Rñdet cuidā qōni. Et hec qdē queſtio locū hz. Quia aliqd dici de multis ſm diuſas rōnes ptingit dupl̃r. Uno° ſm rōnes oīno diuerſas nō hñtes reſpectū ad vnū. Et iſta dicunt equoca a caſu: q: ſ. caſu accidit q̃ vnū nomē vn° hō ipoſuit vni rei: ⁊ alius alij rei: vt ꝑꝫ de pluribus diuerſis hoīb° vno noīe nolatis. Alio° vnū nomē dī de multis ſm rōnes

Nota de analogia.

diuerſas nō totalr̃: ſꝫ in aliquo vno puenietes. Quãq̃ qdē in h̃ q̃ referunt ad vnū pn̄m: ſicut res aliqua dī militaris: vel q: eſt inſtrm militis: ſicut gladius: vel q: eſt tegumētū eius ſicut lorica: vel q: eſt vehiculū eius: ſic equus. Quãq̃ ꝟo in h̃ q̃ referunt ad vnū finē: ſicut medicina dī ſana: eo q̃ eſt factiua ſanitatis: dieta ꝟo eo q̃ eſt pſeruatiua ſanitatis: vrina ꝟo eo q̃ eſt ſanitatis ſignatiua. Quãq̃ ſm pportiones diuerſas ad idē ſubm: ſicut qlitas dī eſſe ens: q: eſt diſpoſitio p ſe entis.i. ſube: quātitas ꝟo eo q̃ eſt menſura eiuſdē: ⁊ ſic de alijs: vl ſm vnā pportionē ad diuerſa ſubiecta. Eādem.n. hñt pportionē viſus quo ad corp°: ⁊ intellectus ad aīam. Unī ſicut viſus eſt potētia organi corpalis: ita ēt

Quō bonum dī de multis.

intellect° eſt potētia aīe abſq̃ pticipatione corpis. Sic ergo dicit q̃ bonū dī de multis nō ſm rōnes penit° differentes ſicut accidit in his que ſūt a caſu equoca. ſꝫ magis ſm analogiā.i. pportionē eandē inquātum oīa bona dependent ab vno pmo bonitatis pn̄o: vel inquātum ordinant ad vnū finem. Nō enim voluit Ar. q̃ illud bonū ſeparatū

Ariſtotelis opio de bono ſeparato.

ſit idea: ⁊ rō oīum bonorum. ſed pn̄m ⁊ finis. Uel etiā dicunt

Cur pfert analogia ſm pportionalitatē

oīa bona magis ſm analogiā.i. pportionē eandē: ſicut viſus eſt bonū corpis: ⁊ intellectus eſt bonum aīe. Ideo hunc tertium modū prefert: q: accipitur ſm bonitatem inherentem rebus. Primi autē duo modi ſm bonitatē ſeparatā. A qua non ita pprie aliquid denominatur.

Lectio. viij.

SEd forte hoc qdē relinquēdum eſt nūc. Certificare.n. de ipſis alterius vtiq̃ phie erit magis pprīū. Silr̃ aūt ⁊ de idea. ¶ Si.n. eſt vnū qd cōiter pdicatū bonum: vel ſeparabile quidem ipm ſm ſeipſum: manifeſtum q̃ non vtiq̃ erit operatum neq̃ poſſeſſum bonū. Nunc autem tale aliquid queritur.

Leo. Are.

¶ Sed hec fortaſſe nūc relinquēda ſunt. Nam ea trite diſcutere alterius eē phie magis. Similr̃ aūt ⁊ de idea. Si enim vnū qddam eſt qd̄ cōiter de oīb° dicat bonum: aut ſeparabile aliqd p ſe: clarū eſt id nō eſſe tale: qd̄ ab hoīe agi vel poſſideri queat. Nunc aūt tale aliquid queritur.

Argir.

¶ Sed hec in pñti forſitan omittenda ſunt. Nam exacte ipſa diſcutere ad aliā magis ſpectat philoſophiam. Et de idea ſilr̃. Cōſtat.n. ⁊ ſi eſt aliqd vnum bonum qd̄ cōiter dicatur: aut ſeparatū qd ipſum per ſe; nō tamē aut agi aut acquiri ab homine poſſe. Nunc autē tale queritur.

¶ Poſtq̃ phs oſtēdit q̃ nō eſt vna cōis idea boni. nūc oſtēdit q̃ ēt ſi eſſet nō ptineret ad ppoſitum: vt ſm ipſam eſſet querēda felicitas. ¶ Et circa h̃ tria facit. Primo probat ppoſitum. Scd̄o ponit quādam rñſionē. ibi. (Forte alicui videbit ⁊c̄.) Tertio excludit eā. ibi. (Probabilitatē qdem igit ⁊c̄.) ¶ Dicit ergo p.h̃.ſ. qualiter bonū dicat ſm vnā vel diuerſas rōnes de bonis: opꝫ nūc relinquere: q: per certitudinē determinare de h̃ ptinet magis ad aliā phiam.ſ. ad metaphyſicā. Et ſilr̃ etiā pſideratio de idea boni: non eſt ppria pñti intētioni. Et hoꝝ rōnem aſſignat: q: ſi eſſet vnum bonū vniuoce de oībus pdicatum: vel ēt ſi eſſet per ſeipm ſeparatum exiſtens manifeſtū eſt q̃ nō erit tale aliquid qd̄ ſit vel opatum vel poſſeſſum ab hoīe. Nunc aūt tale aliqd querimus. Querimus enim felicitatē: que eſt finis humanorum actuū. Finis aūt hoīs: vel eſt ipſa eius operatio: vel eſt aliqua res exterior. Que qdē pōt eſſe finis hominis: vel q: eſt opata ſicut domus eſt finis edificationis: vel q: eſt poſſeſſa ſicut res que venit in vſum. Manifeſtū eſt aūt q̃ illud bonū cōe: vel ſeparatū nō pōt eſſe ipſa hominis opatio: nec etiā eſt aliquid p hoīem factum. Nec etiam videtur aliqd ab homine poſſeſſum ſicut poſſident res que veniunt in vſum huius vite. Unde manifeſtū eſt q̃ illud bonū cōmune vel ſeparatum nō eſt bonū humanum q̃ nunc querimus. ¶ Deinde cum dicit.

Determinare de bono ſeparato ⁊ idea per certitudinē pertinet ad metaphyſicam.

Quale bonū a moralı querat.

¶ Forte aūt alicui videbit vtiq̃ meli° eē cognoſcere ipm ad poſſeſſa ⁊ opata bonorum. Uelut.n. exēplū hoc hñtes magis ſciem° ⁊ que nob ſūt bona. Et ſi ſciam° adipiſcemur ipa.

Leo. Are.

¶ At forte videri pōt alicui melius eē idipſum cognoſcere gratia illorum bonorum que agi poſſiderīq̃ poſſunt. Nam ſi hoc tanq̃ exēplar habuerimus: magis itelligemus que nobis ſunt bona. Intelligētes ꝟo adipiſcemur.

Argir.

¶ Fortaſſe ēt cuipiā meli° eē videbit cognoſcē ipm ad ea bona q̃ poſſideri ac agi pñt. Nā velut exēplar id hñtes: magis ea q̃ nobis ſunt bona ſciem°: ⁊ ſi ſcierim° aſſequemur.

¶ Ponit quandam rñſionē. Poſſet.n. aliquis dicē q̃ illud bonū ſeparatū: quāuis nō ſit opatum vel poſſeſſum ab homine. eſt tñ exēplar oīum opatorum ⁊ poſſeſſorum bonorum. Expedit autē intueri exēplar ei qui vult puenire ad exēplata. Et ideo videt expedire q̃ aliqs ipm bonum ſeparatū cognoſcat ppter bona poſſeſſa ⁊ opata. Quia hñtes illud bonū ſeparatum ſicut qddam exēplum magis poterim° cognoſcē: ⁊ per pñs melius adipiſci ea que ſunt nobis bona: ſicut inſpicientes ad hoīem aliquē magis poſſunt pprie depingē eius effigiem. ¶ Deinde cum dicit.

Exēplaris vtilitas.

Probabilitatem quidem igitur quandam habet ſermo. Videtur autem ſcientiis diſſonare. Omnes enim bonum quoddam appetentes: et quo indigent inquirentes derelinquunt cognitionem ipſius. Tantum autem auxilium omnes artifices ignorare et neque inquirere non eſt bene rationabile.

Leo. Are.

Hec quidem verba ſuaſionem continent quandam: ſed ſcientiis diſſonare videntur. Nam ille quidem omnes bonum affectantes: et quod deeſt perquirentes: cognitionem huius pretermittunt. At qui tantum ac tale auxilium a cunctis artificibus ignorari: neque perquiri: abſurdum eſt.

Argir.

Hec igitur ratio habet quidem quandam probabilitatem: a ſcientiis autem diſcrepat. Univerſe namque bonum affectantes quoddam: idque quod deeſt perquirentes: huius pretermittunt cognitionem. Tanta tamen opem omnes artifices ignorare: et non perquirere: non eſt conſentaneum rationi.

Excludit premiſſam rationem duabus rationibus. Quarum prima ſumitur ex eo quod communiter obſervatur. Et dicit quod ſermo predicte rationis videtur eſſe probabilis. Sed tamen videtur diſſonare ab eo quod obſervatur in omnibus ſcientiis. Omnes enim ſcientie et artes appetunt quoddam bonum: ut ſupra habitum eſt. Et unaqueque utitur eo quod eſt neceſſarium: ſibi ad proſequendum finem intentum. Nulla autem utitur cognitione illius boni ſeparati. Quod non eſſet rationabile ſi ex eo aliquod auxilium preberetur. Non ergo aliquid confert ad operata et poſſeſſa bona cognitio illius boni ſeparati. Secundam rationem ponit ibi.

Lec. 1. Nulla ars querit cognitionem boni ſeparati.

Inutile autem. Et quid iuvabitur textor et faber ad ſuam artem ſciens ipſum bonum? Vel qualiter magis medicus? vel magis miles erit qui ideam ipſam contemplatus eſt? Videtur quidem enim neque ſanitatem ita intendere medicus: ſed eam que hominis: magis autem forte eam que huius. Secundum unumquemque enim medicabitur. Et de his quidem igitur intantum dictum ſit.

Leo. Are.

Nec vero apparet quid conferat textori aut fabro ad artem ſuam: ſi ſciverit quid ipſum ſit bonum. Aut quid medicus vel dux peritior fuerit: ſi ideam ipſam contemplatus ſit. Neque enim iſto modo ſanitatem conſiderare videtur medicus: ſed hominis ſanitatem. Immo forte huius: nam ſingulis medetur. Ac de his quidem ſatis.

Argir.

Dubium autem eſt. Et quidnam ad ſuam artem aut textori conferet. aut fabro: ſi ipſum ſcierit bonum: aut quonam modo vel medicus vel dux evadet peritior qui ideam ipſam aſpexerit. Neque enim valitudinem hoc modo medicus: ſed hominis: immo vero huius fortaſſe conſiderat: quippe cum ſingulis hominibus medeatur. Sed de his hactenus.

Que ſumitur ab ipſa natura rei. Et dicit quod illud bonum conſideratum eſt omnino inutile ad ſcientias et artes: et quantum ad earum exercitium: quia textor vel faber in nullo iuvatur ad operationes ſue artis ex cognitione illius boni ſeparati. Et etiam quantum ad acquiſitionem ſcientie vel artis. Nullus enim magis efficitur medicus vel magis miles per hoc quod contemplatur ideam ſeparatam boni. Cuius rationem aſſignat: quia oportet exemplar ad quod neceſſe eſt inſpicere eſſe conforme operato. Ars autem non operatur aliquod bonum commune aut abſtractum: ſed concretum in ſingulari. Medicus enim non intendit ſanitatem in abſtracto: ſed in concreto. eam. ſcilicet que eſt hominis: quia medicatur non hominem univerſalem ſed ſingularem. Unde relinquitur quod cognitio univerſalis boni et ſeparati non ſit neceſſaria neque ad acquiſitionem ſcientiarum neque ad exercitium earum. Ultimo autem concludit dictum eſſe de opinionibus felicitatis.

Cognitio boni ſeparati inutilis eſt ad exercitium et acquiſitionem artium

Actiones ſunt circa ſingularia.

Lectio. IX.

Rurſus autem redeamus ad queſitum bonum quid utique ſit. Videtur quidem enim aliud in alia operatione et arte. Aliud enim in medicinali et militari et reliquis ſimiliter. Quod igitur uniuſcuiuſque bonum gratia cuius reliqua operata ſunt. Hoc quidem in medicinali quidem ſanitas: in militari vero victoria: in edificativa autem domus: in alio vero aliud. In omni autem operatione et electione finis. Huius enim gratia reliqua operantur omnes. Quare ſi quis operatorum omnium eſt finis. hic utique erit operatum bonum. Si vero plures plura hec tranſcendens utique ſermo ad hoc ipſum perveniet.

Leo. Are.

Rurſus vero ad id quod querimus bonum: quid tandem ſit redeamus. Videtur enim aliud in alia meſa atque arte exiſtere. ſiquidem aliud in medicina: aliud in re militari: aliud item in aliis. Quid ergo in ſingulis erit bonum? Nonne id cuius gratia fiunt cetera. Eſt autem in hac medicina ſanitas. in re militari victoria. In architectura edificium. Item in alio aliud. In omni denique actu et inſtitutione id quod finis eſt. Nam huius gratia cetera fiunt. Quare ſi unus aliquis omnium agibilium finis eſt: id certe eſſet ſummum in agendo bonum. Sin autem plures: plura. Tranſcendens certe in idem recidit: ſermo.

Argir.

Nunc rurſus redeamus ad id quod querimus bonum. et quid tandem ſit ipſum inveſtigemus. Eſſe enim aliud in alia actione conſtat et arte. Aliud eſt enim in medicina et in re militari et in ceteris ſimili modo. Quid igitur uniuſcuiuſque bonum eſt? An id gratia cuius cetera aguntur. Hoc autem in medicina quidem eſt ſanitas. In re vero militaris facultate victoria: et in extruendarum edium arte domus et in alia aliud. In actione etiam omni electioneque id quod eſt finis. Huius enim gratia omnes agunt. quare ſiquis omnium rerum agendarum ſit finis is ipſum bonum agendum erit. Sin vero plures: hi ipſi. Oratio igitur migrando ad idem acceſſit.

Poſtquam philoſophus pertractavit opiniones aliorum de felicitate. hic determinat de ea ſecundum propriam opinionem. Et dividitur in partes duas. In prima oſtendit quid ſit felicitas. In ſecunda determi- Lec. 18.
ℭ Oſtendit ꝙ ꝑdicte opiniones cōueniunt cum premiſſa aſſignatione felicitatis. Et ꝑmo oſtendit de prima opinione que poſuit virtutē eſſe felicitatem. Secūdo de ſecunda que addit voluptatem. ibi. (Eſt autem ⁊ vita ipſorū ⁊c̃.) Tertio de tertia que addit exteriora bona. ibidē. ibi. (Dēt aūt.) Ur tñ eoꝝ ⁊c̃. ℭ Circa ꝑmū duo facit. Primo oſtēdit ꝙ ꝑma opinio ꝯueniat cum ſua ſententia. Secundo oſtendit in quo ſua ſentētia melior ſit. ℭ Dicit ergo ꝙ illis qui dicūt felicitatem eſſe virtutē omnē vel aliquam cōcordat ratio felicitatis ſuperius poſita. ꝙ. ſ. ſit opatio ſm virtutem. Manifeſtum eſt enim ꝙ operatio ſm virtutē eſt aliqd virtutis. ℭ Deinde cum dicit.

Le. 13.

ℭ Differt aūt forte non paruū in poſſeſſione vel vſu optimū conſiſtere: vt in habitu: vel operatione. Habitū enim contingit nullum bonū perficere exiſtentem: vtputa dormienti: aut ⁊ aliter qualiter ocioſo. Opationē autem non poſſibile eſt. Operabitur enim ex neceſſitate ⁊ bene operabitur.

Le. are. ℭ Forte ꝓo nō modicum refert vtrum in poſſeſſione vel in vſu optimum accipiat̃: ⁊ in habitu vel in actu. Fieri enim pōt vt habitus exiſtēs: nihil pagat boni veluti in dormiēte: ſeu aliter ocioſo. Sed in actu hoc fieri nequaq̄ poteſt. Agat enim neceſſe erit: ⁊ quidem bene agat.

Argu. ℭ Intereſt aūt fortaſſe nō parum in poſſeſſione an in vſu ⁊ in habitu: an in operatione ſūmum ꝯſiſtere bonum putare. Fieri enim poteſt: vt habitus quidem ⁊ ſi īeſt nullum efficiat bonum: vt in dormiente vel etiam alio mō quodā ocioſo facto: vt operatio autē nihil efficiat boni fieri neq̄t: qui nāq̄ operatur: aget vtiq̄ neceſſario: ⁊ bñ etiam aget.

S. Tho.

ℭ Oſtēdit ꝙ ſuum dictū melius ſit. Et ꝑ per rōnem. Secūdo per humanam cōſuetudinem. ibi. (Quēadmodum.) ℭ Dicit ergo ꝑ: ꝙ ſicut nō parum differt in exteriorib⁹ rebus qō qs optimum ponat in poſſeſſione alicuius rei vel in vſu eius: qui eſt manifeſte melior q̄ ſit poſſeſſio: ita etiā ſe habet circa habitū virtutis ⁊ operationem que eſt vſus eius qui eſt melior. Pōt enim eſſe habitus in eo qui nullū bonū facit ſicut in dormiente: vel in eo qui qualitercunq̄ eſt ocioſus. Sed de opatione nō eſt hoc poſſibile. Ex neceſſitate. n. ſequit̃: ꝙ ille operet̃ cui ineſt operatio: ⁊ ꝙ bonū operet̃ ſi inſit ei opatio ſm virtutē. Un̄ opatio ſm virtutē eſt ꝑfectior q̄ ipſa virtus. ℭ Deinde cum dicit.

Opō ſm virtutē perfectior ē ipſa virtute.

ℭ Quēadmodū aūt in olimpia non optimi ⁊ fortiſſimi coronant̃: ſʒ agonizantes. Hoꝝ enim qdā vincunt. Ita ⁊ eoꝝ qui in vita bonoꝝ ⁊ optimoꝝ opantes recte illuſtres fiūt.

Le. are. ℭ Et quemadmodū in olympia non optimi ⁊ fortiſſimi: ſed qui certant coronantur. Nam eorum aliqui vincunt. Sic ⁊ in vita bonorum ⁊ honeſtorum qui recte agunt cōpotes fiunt.

Argu. ℭ Atq̄ vt in olympia nō hi qui ſunt elegantiſſimi forma: preſtantiſſimiq̄ roboꝛe: ſed ij qui decertāt coronis afficiuntur. ipſoꝝ enim aliqui vincunt: ſic ⁊ qui bene agunt eorū que ſunt in vita pulchra bonaq̄ compotes fiunt.

S. Tho.

ℭ Manifeſtat idem per ꝯſuetudines humanas. Circa qō ſciendum eſt: ꝙ in Macedonia eſt quidam mons altiſſimus: qui vocatur olympus. in quo fiebant quidam ludi ad exercitium pugne: qui vocabantur olympiades in quibus non coronabantur aliqui ex hoc ꝙ fortiſſimi eēnt pugnatores ⁊ optimi: ſed ſolum illi qui agonizabant: quoꝝ aliqui vincebant. Qui autem non pugnabant non poterant vincere. Ita etiam de numero ipſorum qui ſunt boni ⁊ optimi in vita virtuoſa illi ſoli fiūt illuſtres ⁊ felices qui recte operantur. Unde melius dicitur ꝙ operatio ſm virtutem ſit felicitas q̄ ipſa virtus.

Olymp⁹.

Illi de numero bonoꝝ fiūt felices q bñ operantur.

Lectio. xiij.

Est autem vita ipſorum ſm ſeipſaʒ delectabilis.

Le. are. ℭ Horum inſuper vita ipſa per ſe voluptatem continet.

Argu. ℭ Eſt autem vita ipſoꝝ per ſe iocunda.

S. Tho.

ℭ Poſtq̄ phs oſtendit de prima opinione que ponit felicitatem eſſe virtutem: in quo conueniat cum diffinitione ſupra poſita: ⁊ in quo ab ea deficiat. oſtendit nunc idem circa ſecundam opinionem: que poſuit felicitatem eſſe virtutem cum delectatione. ℭ Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit in quo conueniat hec poſitio cum ſua ſententia. Secundo oſtendit in quo deficiat. ibi. (Nihil autem indiget voluptate ⁊c̃.) ℭ Circa primum duo facit. Primo ponit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum. ibi. (Delectari quidem enim ⁊c̃.) ℭ Dicit ergo primo: ꝙ vita eorum qui operantur ſm virtutem eſt ſm ſe delectabilis. Et ita felicitati quam ponimus in operatione virtutis: non deeſt delectatio: quam ſm iſtos felicitas requirit. ℭ Deinde cum dicit.

Uita bene agētiū eſt ꝑ ſe delectabilis.

ℭ Delectari qdē. n. aīaliuʒ eſt. ℭ Unicuiq̄ aūt eſt delectabile ad qō dr̄ amicus: vtputa equus qdē amāti equū. Spectaculum aūt amāti ſpectaculū. Eodē aūt mō ⁊ iuſta amāti iuſtū: ⁊ oīno que ſm virtutē amāti vtutē.

Le. are. ℭ Nam voluptatem ſuſcipere eſt animalium. Cuiq̄ autē voluptati eſt: id cuius amator dicitur: vt equus amatori equorum: ⁊ ſpectaculum amatori ſpectaculorum: eodem modo iuſta amatori iuſtorum; ⁊ omnino eā que ſm virtutem talium amatori.

Argu. ℭ Nam voluptate quidem afficere his eſt que ad animaʒ pertinent. Id autem eſt cuiq̄ voluptati: cuius amator dr̄ vnuſquiſq̄: vt equus equoꝝ amatori: ⁊ ſpectaculū ſpectaculoꝝ ſimiliter amatori. Eodem mō ⁊ amatori iuſtoꝝ iuſta: ⁊ oīno virtutum amatori: ea que ꝑ virtutem efficiunt̃.

S. Tho.

ℭ Probat ꝓpoſitum. Et primo oſtendit ꝙ in operatione virtutis ſit delectatio. Secundo oſtendit ꝙ hec delectatio eſt potior aliis. ibi. (Multis quidem igitur ⁊c̃.) ℭ Dicit ergo primo: ꝙ delectari eſt proprium animalium. Quāuis enim appetitum aliquem naturalem attribuamus rebus inanimatis. delectationem tamē non attribuimus niſi cognitionem habenti. Ex quo datur intelligi: ꝙ delectatio proprie pertinet ad operationes anime: in quibus ponitur felicitas. In huiuſmodi enim opationibus: vnicuiq̄ eſt delectabile id cuius dicitur eſſe amicus. Sicut enim amans deſiderat rem ſi abſens fuerit: ita delectatur in ea ſi fuerit preſens. Sicut equus eſt delectabilis amāti equū: ⁊ ſpectaculum amanti ſpectaculum. Unde manifeſtum eſt: ꝙ vnuſquiſq̄ virtuoſus; amat operationem proprie virtutis vtpote ſibi conuenientem. Unde iuſto inquātum amat iuſtitiam: delectabile eſt opari iuſta. Et vniuerſaliter opationes que ſunt ſm virtutē ſunt delectabiles virtuoſis virtutem amantibus. ℭ Deinde cum dicit.

Rō ad ꝓpoſitū.

Delectari cōpetit oībus hntib⁹ cognitionem.

Unicuiq̄ eſt delectabile id qō amat.

¶ Multis qdem igit delectabilia aduerſant adinuicem. qz non nālia ſunt. Amantibus aūt bonum ſunt delectabilia que nā ſunt delectabilia. Tales aūt ſm virtutē opationes. Quare ⁊ his delectabiles ⁊ ſm ſeipſas.

Le. are. ¶ Multitudini ergo iocunda repugnant: ob id qz natura talia nō ſunt. pbitatis vo amatoribus iocunda ſunt: nā iocunda. huiuſmodi aūt ſunt actus ſm virtutem: qui talibus viris etiam per ſeipſos iocundi ſunt.

Argir. ¶ Que igitur voluptati ſunt vulgo: eo repugnantia ſunt ppterea qꝫ nō natura talia ſunt: ſed amatoribus boneſta no ea ſunt voluptati: que ſunt natura iocūda. Tales aūt ee ſunt actiones: que a virtute emanant. Quare ⁊ his ipſe ſunt voluptati: atqꝫ per ſeipſas iocunde.

S. Tho.

Qꝫ delectatio ꝯ̃ria opationes virtuoſas eſt potioꝛ aliis.

¶ Oſtendit hanc delectationē eſſe potiorē aliis. Et ppõit qꝫ ea que ſunt delectabilia multitudini vulgarium hoīum: ſunt ꝯ̃ria adinuicem. Sicut pdigus delectaꝰ in effuſione. Illiberalis in ſupflua retētione. Et h̄ ideo eſt: qz delectationes tales nō ſunt ſm nām hoīs que eſt oībꝰ cōis. Nō enim ſunt ſm rōnē: ſed ſm corruptionē appetitus a rōne deficiētis. Sed illis qui amant bonū vtutis ſunt delectabilia ea que ſunt ſm nām delectabilia: que. ſ. ꝯueniunt hoī ſm rōnem que eſt pfectio nāe ipſius. Et pp̄ter h̄ oēs virtuoſi in eiſdē delectanꝰ. Tales aūt ſunt opões ſm virtutē. ſ. nālr delectabiles hoī: eo qꝫ ſm rōnem rectam. Et iō nō ſolum ſunt delectabiles quo ad ipſos hoīes: ſed etiā ſunt delectabiles ſm ſeipſas. Opationes autē vicioſe ſunt delectabiles quo ad ipſos hoīes: qbus ſunt ꝯformes ſm habitus corruptos quos habent. Cum igitur id qđ eſt ſm ſe ⁊ naturaliter tale ſit potius. delectatio ſm operationē virtutis erit delectabilioꝛ aliis. ¶ Deinde cum dicit.

Opationes bone ſunt nālr hoī delectabiles. De opōnibus malis qbꝰ ſunt delectabiles.

¶ Nihil aūt idiget voluptate vita eoꝝ quaſi adiūcto aliquo. Sed hꝫ voluptatē in ſeipſa.

Le. are. ¶ Neqꝫ eorum vita indiget voluptate quaſi adiuncta: ſed in ſeipſa habet voluptatem.

Argir. ¶ Ipſorum igitur vita nō indiget voluptate tanqꝫ aliqua foris adiungenda: ſed habet in ſeipſa voluptatem.

S. Tho.

Qualē vita boꝝ voluptates habeat.

¶ Oſtendit quō pdicta poſitio deficiat a veritate. Et circa h̄ duo facit. Primo ppõit qđ intendit. Scđo manifeſtat ppoſitū. ibi. (Cum dictis enim ⁊c̃.) ¶ Eſt ḡ ꝯſiderandū circa pmum qꝫ dicētes virtutē cū voluptate eſſe felicitatem videbanꝰ innuere qꝫ virtꝰ ad cōplementū felicitatis indiget extrinſeca voluptate. Sed ipſe h̄ excludit dicēs qꝫ vita eoꝝ q opanꝰ ſm vtutē nō indiget voluptate: qſi aliq̄ extrinſeco adiuncto: ſed hꝫ voluptatē in ſeipſa. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Cum dictis. n. nullus eſt bonus qui non gaudet bonis opationibus. Neqꝫ enim iuſtum vtiqꝫ aliqs diceret non gaudētem iuſta operatione: neqꝫ liberalem non gaudentem liberalibꝰ opationibus. Simılr aūt ⁊ in aliis. Si autē ſic ſm ſeipſas vtiqꝫ erunt ſm virtutem operationes delectabiles.

Le. are. ¶ Nō eſt pterea bonus qui bonis opibꝰ nō delectaꝰ. Nam neqꝫ iuſtū dicet aliqs qui iuſtis: neqꝫ liberalē qui liberalibus nō gaudent: ⁊ in aliis eodem mō. Hoc ſi ita eſt: actiones ſm virtutem per ſeipſas iocunde ſunt.

Argir. ¶ Preter enim ea que dicta ſunt neqꝫ bonus is eſt: qui bonis ⁊ honeſtis actionibus nō delectatur. Nam neqꝫ iuſtū enim quiſqꝫ dixerit qui iuſtis nō gaudet: neqꝫ liberalē eū qui liberalibus actionibus nō delectatur: ⁊ in ceteris eodē mō. Qđ ſi hec ita ſunt: actiones ee que a virtute pficiſcūtur per ſeipſas ſunt voluptati atqꝫ iocunde.

S. Tho.

¶ Manifeſtat qđ dixerat. Et circa h̄ tria facit. Primo probat qꝫ vita vtuoſa hꝫ delectationē in ſeipſa. Scđo oſtēdit qꝫ inſuper hꝫ pulchritudinē ⁊ bonitatē ſm excellētiam. ibi. (Quinimo ⁊ pulchre ⁊c̃.) Tertio excludit quādam ſnīam falſam. ibi. (Et nō diuiſa ſunt ⁊c̃.) ¶ Dicit ḡ pmo: qꝫ dictis rōnibus qbus oſtenſum eſt opōnes ſm virtutem eſſe nāliter delectabiles: ē addēdum eſt hic qꝫ delectatio eſt de neceſſitate vtutis: ⁊ ptinet ad rōnem ipſius. Nullus. n. eſt virtuoſus qui nō gaudet bonis operibꝰ. Et h̄ manifeſtat per inductionē: qz nullus dicet eū eſſe iuſtum: qui nō gaudet de h̄ qꝫ opatur iuſta. Et idē eſt in liberalitate: ⁊ in qualibet alia vtute. Cuius rō eſt: qꝫ vnicuiqꝫ virtuoſo opatio ppꝛie virtutis eſt ei ꝯueniens ſm ppꝛium habitum. ⁊ per ꝯ̃ns fit ei delectabilis. Ex quo pꝫ qꝫ opōnes ſm virtutes ſunt ſm ſeipſas delectabiles. Et ſic nō requirunt delectationem extrinſecam. ¶ Deinde cum dicit.

Qꝫ vita bona hꝫ delectationē in ſeipſa.

¶ Quinimo: ⁊ pulchre ⁊ bone. Et maxime hoꝝ vnūqđqꝫ ſi bñ iudicat de his ſtudioſus. Judicat aūt vt diximus. Optimum ergo ⁊ pulcherrimū ⁊ delectabiliſſimū felicitas.

Le. are. ¶ Sed ⁊ pfecto bone ⁊ honeſte ⁊ vnaqueqꝫ earum maxime ſi ſtudioſus vir bone iudicat de ipſis. Judicat autem vt diximus. Optimum ergo ⁊ pulcherrimum ⁊ iocundiſſimum felicitas eſt.

Argir. ¶ At vo bone quoqꝫ ſunt ⁊ etiam pulchre. atqꝫ hoꝝ vnūquodqꝫ maxime ipſis competit: ſi recte de his ipſe iudicat ſtudioſus: iudicat autem vt eſt dictū. Optimū ergo ⁊ pulcherrimum ⁊ iocūdiſſimū eſt ipſa felicitas.

S. Tho.

¶ Oñdit qꝫ opōnes ſm vtutē nō ſolū ſunt delectabiles: ſed ēt pulchre ⁊ bone. Delectabiles qdē ſūt in ordine ad opantē cui ꝯueniūt ſm ppꝛiū habitū. Pulchre aūt ſm ordinē debitū circūſtantiaꝝ: qſi quarūdā partiū. Nā in debita cōmēſuratione partiū: pulchritudo ꝯſiſtit. Bone aūt ſūt: ſꝫ ordinē ad finē. Addit aūt qꝫ vnūqđqꝫ hoꝝ triū maxime ꝯuenit eis. Et h̄ pbat p iudiciū ſtudioſi. Qui cū hēat rectū ſenſum circa opabilia hūana. verꝫ hꝫ iudiciū circa ea. Sicut ille q hꝫ guſtū ſanū. verꝫ hēt iudiciū circa ſapores. Sꝫ ſtudioſus iudicat opōnes ſm vtutē eē maxie delectabiles ⁊ pulchras ⁊ bonas: vtpote pro qbꝰ oīa delectabilia ⁊ pulchra ⁊ bona ꝯtemnit. Cū igꝰ in opōnibꝰ vtutū cōſiſtat felicitas: ꝯ̃ns eſt qꝫ felicitas ſit optimū ⁊ pulcherrimū ⁊ delectabiliſſimū. ¶ Deinde cum dicit.

Qꝫ opationes vtutis ſūt delectabiles vt pulchre ⁊ bōe pulchritudo.

Studioſus hꝫ rectum iudiciū circa operabilia hūana. Felicitas eſt optimū pulcherrimū ⁊ delectabiliſſimum.

¶ Et nō diuiſa ſunt hec ſm deliacā ſupſcriptionem. Optimū iuſtū. Deſideratiſſimū aūt ſanum eſſe. Delectabiliſſimum vo quo quis optat frui. Omnia enim exiſtunt hec optimis operationibus. Has aūt vel vnam harum optimā dicimus eſſe felicitatem.

Le. are. ¶ Nec ſepanꝰ ſm epigrāma deliacū. Pulcherrimū id qđ iuſtiſſimū. Optimū ſoſpitatē hēe. Jocūdiſſimū rē amatā potiri. hec. n. optimis opōnibꝰ oīa inſunt. Eas vo aut earū vnam: que optima ſit: dicimus eſſe felicitatem.

Argir. ¶ Et non ſeiungunt hec perinde atqꝫ in illo. Deliaco carmine ſeparantur.

¶ Sūme eſt pulchrum ex aſtrea quod gignitur alma.
Optima ſi valeas res eſt: quod quilibet optat.
Summe eſt iocundum ſi re potiaris amata.
Hec enim operationibus omnia competunt.
¶ Has autem ipſas aut vnam ipſarum que ſit optima feli-

citatem ipſam dicimus eſſe.

S.Tho.

Delica ſupſcriptū ℂ Excludit a ꝓpoſito quandā opinionē. Ad cuius euidē/tiam ꝯſiderandum eſt: ꝙ apud delos in tēplo Apollinis erat ſupraſcriptū ꝙ optimū eſt id quod eſt iuſtiſſimū. Deſideratiſſimū eſt ſanū eſſe. Delectabiliſſimū aūt eſt id quo quis optat frui. Sed phs dicit ꝙ iſta tria nō ꝯueniunt di/uerſis: ſed oīa ꝯueniunt operationib⁹ que ſunt ſm virtutez in quibus vel in quoꝝ optima conſiſtit felicitas. Vñ vnū eſt. ſ. felicitas: qḋ eſt optimū ⁊ pulcherrimuz deſideratiſſi/mum ſiue delectabiliſſimū. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Videtur tamen ⁊ eoꝝ que exterius ſunt bonoꝝ indigens queadmodum diximus.

Le. are. ℂ Indiget tamen vt videtur ⁊ bonis externis.

Argir. ℂ Videtur tamen ⁊ externis indigere bonis: vt diximus.

.S.Tho.

ℂ Accedit ad tertiam opinionez: que ponebat ꝙ ad felici/tatem requiruntur exteriora bona. ℂ Et circa hoc tria fa/cit. Primo proponit in quo hec opinio veritati ꝯueniat. Secundo manifeſtat ꝓpoſitū. ibi. (Impoſſibile eñi ⁊c̃.) Tertio inducit ꝯcluſionē ex dictis. ibi. (Unde in idē ⁊c̃.)

Felicitas īdiget bo/nis exte/rioribus. ℂ Dicit ergo pmo ꝙ tertia opinio ſupraṗpoſita: quātū ad hoc vera videtur eſſe ꝙ felicitas indiget exterioribus bo/nis: vt ſupra dictum eſt. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Impoſſibile eniz vel non facile bona ope rari impotentem tribuere exiſtentez. Mul/ta quidem enim operata ſunt queadmodū diximus per organa: per amicos: per diui/tias ⁊ per ciuilem potentiam. Quibuſdam autem denudati coinquinant beatitudinez: vtputa nobilitate: bona prole: pulchritudi/ne. Non oīno enim felix qui ſpecie turpiſſi/mus: vel ignobilis: vel ſolitarius: ⁊ ſine pro le. Amplius autem forte felix minus ſi cui peſſimi filij ſunt: vel amici: vel boni exiſten/tes mortui ſunt. Queadmoduz igitur dixi/mus videtur indigere ⁊ tali ꝓſperitate.

Le. are. ℂ Impoſſibile nāqz eſt: aut certe nō facile: preclara ab eo agi cui deſunt facultates. Multa eniz per amicos: per di/uitias: per ciuilē potentiam: quaſi per inſtrumēta quedaz fiunt. Quedaz etiam ſi deſunt beatitudinē maculant. Ue/luti nobilitas: ſoboles: forma. Non ſatis enim ad felicita/tem habilis eſt: homo penitus deformis: neqz ignobilis: neqz is qui ſolus ⁊ ſine prole ſit. Et forte multo minus ſi cui mali ſunt filij: aut amici: aut ſi cuz boni fo: ẽt īteruerit. Ut ḡ diximus addenda videtur hᵒ proſperitas.

Argir. ℂ Fieri enim nō poteſt: aut non facile fit: vt is res agat pre/claras: cui facultates deſunt. Multa nāqz per amicos: p diuitias: per ciuilem potētiam: tanq̄ p inſtrumenta agu/tur: quibuſdaz aūt carentes vt nobilitate: bona prole: pul/chritudine beatitudinē maculant. Nō enim ſatis ad feli/citatem idoneus eſt: qui penitus eſt deformis: aut ignobi/lis: aut ſolitarius ſine prole: ⁊ minus etiam fortaſſe ſi cui perpraui ſunt filij: vel amici: aut boni mortui ſint. Ut igiẗ diximus videtur felicitas ⁊ talis indigere ꝓſperitatis.

S.Tho.

Ratio ad ꝓpoſitum. Bona for/tune exter/ſum ad fe/licit ad feli/citatem. ℂ Manifeſtat ꝓpoſitum. Circa quod cōſiderandum eſt ꝙ exteriorum bonoꝝ qᵒbuſdam indiget felicitas: ſicut in/ſtrumētis qᵒbus indigemus ad exercendū opera virtutis in quib⁹ conſiſtit felicitas. Et quantū ad hoc dicit ꝙ eſt impoſſibile vel difficile ꝙ homo qui nō habet diuitias de quib⁹ poſſit donare ⁊ expendere operetᵣ quedam virtuoſa opera. Multa enim opera virtuoſa facimus per amicos ⁊ per diuitias ⁊ per ciuilem potētiam. puta per hoc ꝙ ali/quis eſt rex vel procōſul. Quedam ꝟo exterioꝝ bonoruz ſunt que faciunt quandam pulchritudinez felicitatis: in/quantū. ſ. reddunt hominē placitū in oculis alioꝝ. quod pertinet ad rationē pulchritudinis. Et quantū ad ħ ſub/dit ꝙ denudari qᵒbuſdam exterioꝝ bonoruz coinquinat beatitudinē inquantū. ſ. reddit hoīem aliqualiter cōtem/ptibilem in oculis alioꝝ: ſicut patet de eo qui caret nobili/tate vel bona prole: aut etiam pulchritudine corꝑali. Nō enim eſt oīno felix: qui eſt turpis ſpē: quia ex hoc redditur in oculis alioꝝ ꝯtemptibilis ⁊ deſpectus. Et eadem ratio eſt de eo qui eſt ignobilis: vel qui caret bona ꝓle. Et mul/to minus eſt felix ſi habeat peſſimos filios vel amicos: qꝛ impeditur ab operatione virtutis. Et ſimiliẗ etiam repu/gnat felicitati ſi amici quos bonos habebat: mortui ſunt: qꝛ ex hoc aliqua cauſa triſtitie remanet in corde eiᵘ. Sic igitur videtur quod felicitas exteriori proſperitate indi/geat. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Unde in idē ordinant quidam bonaz for/tunam felicitati. Quidam ꝟo virtutem.

Le. are. ℂ Quamobrem in eodem collocant quidam bonam for/tunam ac felicitatem: qdam ꝟo virtutem.

Argir. ℂ Unde quidam proſperitatem fortune: quidam virtutez felicitatem eſſe dicunt.

S.Tho.

Quare bo/na exterio/ra dicitur bona for/tune. ℂ Infert concluſionē. Quia enim felicitas conſiſtit in ope/ratione virtutis. Indiget tamen aliqualiter exteriorib⁹ bo/nis que dicuntur bona fortune: quia multotiens fortui/to adueniunt homini: vel recedunt. Inde eſt ꝙ quidam idem poſuerunt eſſe bonam fortunez ⁊ felicitatem. Qui/dam vero dixerunt idem eſſe felicitatem ⁊ virtutem: vt ſu/pra dictum eſt.

Lectio. xiiij.

VNde ⁊ queritur vtrum eſt diſcibi le vel aſſueſcibile vel aliter quali/ter exercitabile: vel ſm quandam diuinam prouidentiam vel pro/pter fortunam aduenit.

Le. are. ℂ Unde queritur vtrum per diſciplinā aut per aſſuetudi/nem vel alio quopiam mō per exercitium acquiri poſſit: vel diuina aliqua ſorte: fortunaqz proueniat.

Argir. ℂ Unde ⁊ dubitatur vtrum diſciplina: an aſſuetudine: an alio quodāmodo per exercitium acquiri poſſit: an aliqua diuina ſorte: an ⁊ ob fortunam proueniat.

S.Tho.

ℂ Poſtq̄ phs oſtendit quomodo diuerſe opiniones con/cordant diffinitioni felicitatis ſupraṗpoſite. hic inquirit ex conſequenti de cauſa felicitatis. Et primo mouet queſtio/nem. Secundo determinat eaz. ibi. (Siqdem igitur ⁊c̃.)

ℂ Circa primum conſiderandū eſt ꝙ neceſſe eſt felicita/tem ꝓcedere: vel a cauſa per ſe ⁊ determinata: vel a cauſa per accidens ⁊ indeterminata: que eſt fortuna. Si autem a cauſa determinata: ⁊ per ſe: aut hoc erit a cauſa huma/na: aut a cauſa diuina. A cauſa autē humana fit aliquid Triplr fit aliqd ī no/bis a cauſa humana. in nobis tripliciter. Uno modo addiſcendo: ſicut ſcientia. Alio modo aſſueſcendo: ſicut virtus moralis. Tertio mo/do exercitando ſicut militaris induſtria. ⁊ alia huiuſmo/di. Proponit igitur queſtionem trium membroꝝ. quoꝝ Queſtio. primum pertinet ad cauſam humanam. Et hoc eſt quod querit vtrum felicitas ſit aliquid diſciplinabile: ſicut ſcien/tia. vel aſſueſcibile: ſicut virtus moralis vel aliqualiter exercitabile: ſicut induſtria artificialium operationum.

Secũdum mẽbrum pertinet ad cãm diuinã:⁊ hoc eſt qḋ querit vtrũ felicitas ſit in nobis ſm quandã diuinam particulam: et ſm qualemcunqꝫ participationem alicuius diuinoꝝ ſuper hominem exiſtentium. Tertium autẽ mẽbrum ad cauſam pertinet per accidens ⁊ indeterminatã. Et hoc eſt quod querit: vtrum felicitas adueniat homini propter fortunam. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Siqdem igitur ⁊ aliud aliqḋ deoꝝ eſt donum hominibus rõnabile ⁊ felicitatem dei datuꝫ eſſe ⁊ maxime humanoꝝ quãto optimum. Sed hoc qdẽ forte alterius erit vtiqꝫ perſcrutationis magis proprium.

Le. are. ¶ Si ergo aliud quicqꝫ eſt deoꝝ munus: hominibus datum: par eſt felicitatẽ quoqꝫ donũ eſſe deoꝝ. ac tanto maxime humanaꝝ reꝝ: quanto id preſtabilius eſt. Sed hoc altius conſiderationis forſan magis propriũ eſſet.

Argir. ¶ Si igitur ⁊ aliquid aliud deoꝝ eſt munus hominibus conſentaneũ eſt rõni ⁊ felicitatẽ a diis ipſis dari: ⁊ eo magis quo ceteris humanis bonis eſt preſtabilius. Verũ hoc ad aliã magis conſiderationem forſitan pertinet.

S. Tho.

Determinatio q̃ſtionis. ¶ Determinat predictã queſtiones. Et p̃mo quaſi per modum diuiſiuũ ꝯſiderando ſingula mẽbra queſtionis. Secundo per rationẽ cõem ſumptã ex diffinitione felicitatis. ibi. (Manifeſtũ eſt aũt ex rõne ⁊c̃.) ¶ Circa p̃mũ tria facit. Primo oſtendit ꝙ maxime rõnabile eſt ꝙ felicitas ſit ex cauſa diuina. Secundo oſtẽdit ꝙ tolerabile eſt ꝙ felicitas ſit ex cauſa humana. ibi. (Videt aũt ⁊c̃.) Tertio oſtẽdit ꝙ inconueniens eſt ꝙ ſit ex cauſa fortuita. ibi. (Si autẽ eſt ita ⁊c̃.) ¶ Dicit ergo p̃mo: ꝙ ſi aliquid aliud ex dono deoꝝ. i. ſubſtantiaꝝ ſeparataꝝ: quas antiqui deos vocabant: datur hoĩbus: rõnabile eſt ꝙ felicitas ſit donũ dei ſu- Q̃ felicitas ſit donũ dei ſupremum. premi qꝛ ipſa eſt optimũ inter bona humana. Manifeſtũ eſt. n. ꝙ ad altiorẽ fines aliquid p̃ducit ab altiori virtute: ſicut ad altiorẽ fines perducit ars militaris q̃ꝫ frenefactiua. Unde rõnabile eſt ꝙ vltimus finis. ſ. felicitas pueniat homini ex ſuprema oĩuꝫ virtute. ſ. dei ſũmi. Q̃ autẽ a ſubſtantijs ſeparatis aliquid detur hoĩbus euidens ſit ex ipſa conuenientia hoĩuꝫ ad ſubſtantias ſeparatas ſm intellectualẽ virtutẽ. Sicut enĩꝫ corpora inferiora recipiunt ſuas perfectiones a corporibus ſuperioribus. Ita intellectus inferiores ab intellectibus ſuperioribus. Circa hoc autẽ nõ diutius moratur: ſed hoc dicit magis propriũ alterius perſcrutationis. ſ. metaphyſice. ¶ Deinde cũ dicit.

Hõ recipit aliqḋ a ſubſtãtijs ſeparatis inq̃ntũ hꝫ intellectũ.

Cõſideratio de cã p̃ma felicitatis humane ptinet ad metaphyſicã.

¶ Videtur aũt ⁊ ſi non a deo miſſum eſt ſꝫ propter virtutẽ ⁊ quãdam diſciplinã ⁊ exercitationem h aduenit diuiniſſimorum eſſe. Virtutis enim premiũ ⁊ finis optimum videtur ⁊ diuinum quid ⁊ beatum.

Le. are. ¶ Videtur aũt ⁊ ſi non a diis miſſa ſed per virtutẽ ac diſciplinã quandã aut exercitationẽ pueniat tamen diuiniſſimoꝝ eſſe. Naꝫ virtutis premiũ finiſqꝫ: optimum quiddã ⁊ diuinum beatũqꝫ videtur.

Argir. ¶ Videtur tamen ⁊ ſi non a diis immortalibus mittitur: ſed virtute diſciplinaue quadã vel exercitatione cõparatur diuiniſſimum eſſe. Premium enim finiſqꝫ virtutis optimuꝫ ⁊ diuinum quoddam atqꝫ beatũ eſſe conſtat.

S. Tho.

¶ Oſtendit tolerabiliter dici. ꝙ felicitas ſit a cauſa humana. Q̃uis. n. ſit a deo p̃ncipaliter. tñ ad hoc hõ aliquid cooperatur. Hoc aũt oſtẽdit dupliciter. Primo quidẽ per hoc qḋ ſi eſt a cauſa humana: nõ remouetur id qḋ eſt proprium felicitatis. ſ. ꝙ ſit aliquid optimũ ⁊ diuinũ. Et dicit ꝙ ſi felicitas nõ ſit aliqḋ donũ miſſuꝫ immediate a deo. ſed adueniat homini ꝑpter virtutẽ: ſicut aliquid aſſueſcibile: vel propter aliquã diſciplinam: ſicut aliquid diſcibile: vel propter aliquã exercitationẽ ſicut aliquid exercitabile. nihilominus felicitas eſſe videtur aliquid diuiniſſimũ: qꝛ cũ ſit premiũ ⁊ finis virtutis: ſequitur ꝙ ſit optimũ ⁊ diuinũ aliquid ⁊ beatũ. Non. n. dicitur aliquid diuinũ ꝑpter hoc ſolũ: quia eſt a deo. ſed ⁊ quia nos deo aſſimilat propter excellentiam bonitatis. ¶ Secundo ibi.

Diuinũ.

¶ Erit aũt vtiqꝫ ⁊ multum cõmune. Poſſibile enim exiſtere oĩbus non orbatis ad virtutem per quãdam diſciplinam ⁊ ſtudium.

Le. are. ¶ Eſſet etiã valde cõmune: cũ poſſit cunctis exiſtere nõ orbatis ad virtutẽ: per diſciplinã quandã ac diligentiam.

Argir. ¶ Eſt preterea multũ cõmune. Fieri nãqꝫ poteſt vt diſciplina quadã ac diligentia ab vniuerſis hijs cõparetur: qui nullo principio labefactato idonei ſunt ad ꝯſequẽdũ virtutẽ.

S. Tho.

¶ Oſtendit idẽ per hoc ꝙ hec poſitio conſeruat felicitati id quod pertinet ad finẽ alicuius nature. vt ſcilicet ſit cõmune aliquod his que habent naturã illã. Non eniꝫ natura deficit ab eo quod intendit niſi in paucioribus. Et ita ſi felicitas eſt finis humane nature: oportet ꝙ poſſit eſſe cõmunis oĩbus vel pluribus habentibus humanã naturaꝫ. Et illud ſaluatur ſi ſit ex cauſa humana. Quia ſi ſit per quandã diſciplinã ⁊ ſtudium poterit prouenire oĩbus nõ habentibus aliqḋ impedimentũ ad operandũ opera virtutis: vel ꝑ defectuꝫ nature ſicut qui ſunt naturalr̃ ſtulti: aut per malã conſuetudinẽ que imitatur naturã. Ex quo patet ꝙ felicitas de qua pħs loquit̃ non ꝯſiſtit in illa cõtinuitate. q̃ intelligentiã ſeparatã: per quã homo itelligat omnia: ⁊ quidã poſuerũt. Hoc. n. non prouenit multis: imo nulli in hac vita. ¶ Deinde cũ dicit.

Contra auerroim.

¶ Si aũt eſt ita meli' q̃ꝫ ꝑpt fortunã beari: ⁊ rõnabile hr̃e ſic. Siqdem que ſm nãm vt poſſe optime hr̃e ſic nata ſũt. Siliť aũt ⁊ que ſm artẽ ⁊ oẽm cãm ⁊ maxie ſm optimam.

Le. are. ¶ Quod ſi melius eſt hoc modo q̃ꝫ per fortunam felicez eſſe: rationabile eſt ſic ſe habere: ſiquidem ea que ſm naturam ſunt: vt optime ſe habere poſſunt: ita ſunt ſimiliter et illa que ſunt ſm artem ⁊ omnem cauſam ac maxime ſecundum optimam.

Argir. ¶ Quod ſi melius eſt hoc modo q̃ꝫ ob fortunam felicez eſſe rem ita ſe habere conſentaneum eſt rationi. Siquidem ea que ſunt ſm naturaꝫ: vt q̃ꝫ optime ſeſe hr̃e poſſunt: ſic ſe habent ſuapte natura ⁊ ea ſimiliter: que per artem conficiuntur: atqꝫ ab omni proueniunt cauſa: ⁊ ea maxime q̃ a preſtabiliſſima proficiſcuntur.

S. Tho.

¶ Oſtendit intolerabile eſſe ꝙ felicitatis cauſa ſit fortuna. Et hoc duabus rationibus. Quarum prima talis eſt. Ea que ſunt ſm naturam optime ſe habent: ſicut apta nata ſunt. Et idẽ eſt etiam de omnibus que fiunt ſm artem: vel ſm quãcunqꝫ cauſam: ⁊ maxime ſm optimam cauſam a qua videtur felicitas dependere. cũꝫ ſit quoddaꝫ optimũ. Huius autẽ ratio eſt: qꝛ ⁊ ars ⁊ omnis cauſa agẽs agit ꝑpter bonũ. Unde ꝯñs eſt ꝙ vnũquodqꝫ agens optime diſponat id qḋ agit quãto melius poteſt. Et hoc precipue videtur de deo q eſt totius nature cã: ⁊ iõ ea que ſunt ſm naturaꝫ videtur ſe habere quãto melius nata ſunt eẽ. Sed melius eſt ꝙ felicitas ſit ex aliqua cauſa per ſe vel diuina: vel humana q̃ꝫ a fortuna que eſt cauſa per accidens. Quia ſemper qḋ eſt per ſe potius eſt eo qḋ eſt per accñs nõ. Ergo felicitas nõ eſt a fortuna. ¶ Scḋam rõnem ponit. ibi.

Q̃ felicitatis cã nõ ſit fortuna. Rõ p̃ma. Ea q̃ ſꝫ nãm optime ſe hñt ſicut apta nata ſunt. Ratio.

Maximum aũt ⁊ optimũ concedere for-tune valde pernicioſum vtiq; erit.

Le. are. Maximum ṽo atq; optimã rem fortune tribuere ma-gna profecto eſſet abſurditas.

Argir. Id autem quod maximum atq; pulcherrimum eſt for-tune aſcribere abſurdum videtur impꝛimis.

S. Tho.

Rõ ſcda. Que talis eſt. Felicitas eſt maximum oĩum bonoꝝ hu-manorum. Quia omnia alia ad ipſam ordinantur: ſicut ad finem. Eſſet autem maxime pernicioſum. ſi hoc a for-tuna depẽderet. Quia multo magis alia humana bona eſſent fortuita ⁊ ita ceſſaret humanum ſtudium circa hu-mana bona exequenda: qḋ eſſet periculoſiſſimum. Sic er-go felicitas non eſt fortuita. Deinde cum dicit.

Manifeſtũ aũt eſt ⁊ ex rõne qḋ queritur. Dictuꝫ eſt enim aĩe operatio ſm virtutem qualis quedam. Reliquoꝝ aũt bonoꝝ hoc qdem exiſtere neceſſarium. Hec aũt coope-ratiua ⁊ vtilia nata ſunt organice.

Le. are. Conſpicuum eſt qḋ nunc querebatur ẽt ex ſermone. Di-ctum eſt. n. animi operationem quãdam ſm virtutem. Cete-rorum autem bonoꝝ alia ſubeſſe neceſſarium eſt: alia ad cooperationem ⁊ vſum nata ſunt inſtar inſtrumentoꝝ.

Argir. Patet ẽt ex ipſa rõne qḋ queritur. Dicta eſt enim operatio aĩe per virtutem. Ceteroꝝ autem bonoꝝ alia inſunt ne-ceſſario: alia adiuuant: ſuntq; vtilia: vt inſtrumenta.

S. Tho.

Soluit predictam qõnem. Et dicit manifeſtum eẽ ex diſ-finitione felicitatis ſupꝛapoſita. qḋ ſit veꝝ circa id qḋ que-ritur in premiſſa qõne. Dictum eſt. n. ſupꝛa. q; felicitas eſt operatio anime rõnalis ſm virtutem. Id aũt qḋ eſt ſm vir-tutem eſt ſm rõnem motam ab aliqua cauſa diuina. Qḋ aũt eſt ſm fortunam eſt preter rõnem. Felicitas igitur nõ eſt a fortuna: ſed ab aliqua alia cauſa humana ꝓxima. a cauſa aũt diuina ꝑncipalr̃ ⁊ pꝛimo. Cõcurrunt aũt ad fe-licitatem quedam alia bona: in quibus fortuna aliqḋ ope-ratur. In eis tñ nõ ꝑncipalr̃ ꝯſiſtit felicitas. Sed eoꝝ que-dam neceſſaria ſunt ad decoreꝫ quẽdam felicitatis. Que-dam ṽo inſtrumentalr̃ cooperant̃ ad felicitatem: vt ſupꝛa dictum eſt. Unde ꝓpter iſta bona ſecundaria. nõ opꝫ feli-citatem fortune attribuere. Deinde cum dicit.

(margin: Qḋo feli-citas ſit a cã diuiã ⁊ qño ab hu-mana ⁊ q̃-liter ad ipã fortuna cõ-currat.)

Le. 13.

Confeſſa aũt hec vtiq; erunt: ⁊ his que a principio. Politice enim finem optimum poſuimus. Hec aũt plurimum ſtudium fa-cit huiuſmodi q̃les quoſdã ⁊ bonos ciues facere ⁊ operatores bonorum.

Le. are. Hec dictis quoq; ab initio cõſonant. Nam finem ciuilis optimum ponebamus. Ea ṽo plurimam facit diligẽtiaꝫ: vt ciues quodãmodo diſponat: atq; ipſos bonos ⁊ hone-ſtorum actores efficiat.

Argir. Hec ⁊ his ꝯſona ſunt que in pꝛincipio diximus. Ipſuꝫ. n. finem facultatis ciuilis optimũ ponebamus. Hec autem magnam adhibet diligẽtiam: vt ciues ipſos diſponat bo-noſq; faciat ⁊ ad honeſtas res agendas idoneos reddat.

S. Tho.

Oſtendit q; predicta felicitatis diffinitio nõ ſolum cõſo-nat opinionibus alioꝝ de felicitate. ſed etiaꝫ his que ſunt ſm ſuam opinionem. Et circa hoc duo. f. Pꝛimo oſten-dit q; ꝯſonat his que ab eo ſupꝛa de felicitate ſunt dicta. Secundo cõcludit quid ſm hanc ſententiam recte dicen-dum ſit. ibi. (Decenter igitur neq; bouem ⁊c̃.) Dicit er-go pꝛimo ḋ. f. felicitatem eẽ operationem ſm virtutem confeſſa ſunt. id eſt cõſona his que in prohemio diximus. Poſuimus enim ibi. q; optimum humanorum bonoꝝ. ſ. felicitas ſit finis politice: cuius finis manifeſte eſt operatio ſm virtutem. Politica enim ad ḣ precipuum ſtudiũ adhi-bet ferendo leges. ⁊ pꝛemia ⁊ penas adhibendo: vt faciat ciues bonos ⁊ operatores bonoꝝ. Quod eſt operari ſm virtutem. Deinde cum dicit.

(margin: Finis poli-tice ẽ opa-tio ſm vir-tutem.)

Decenter igitur neq; bouem neq; equuꝫ neq; aliquod aliud animantium felix eſſe di-cimus. Nullum enim ipſoꝝ poſſibile eſt cõ-municare tali operatione.

Recte igitur nec bouem nec equuꝫ: nec aliud quicq̃ ani-mantium felix dicimus. Quoniam nullum eoꝝ huius operationis particeps eſſe poteſt. Le. are.

Merito igitur nec bouem nec equum nec aliud quicq̃ animantium dicimus felix. Quippe cum fieri nequeat vt ipſorum quicq̃ talis ſit particeps operationis. Argir.

S. Tho.

Concludit ex premiſſa ratione a quibus felicitas ſit ſub-trahenda ſm ea que conuenienter dicuntur. Et pꝛimo di-cit q; nullum animal irrationale dicitur eſſe felix. Et hoc conuenienter: quia nullum eorum poteſt cõmunicare in operatione virtutis: que eſt ſm rationem quam diximus eſſe felicitatem. Secundo ibi.

(margin: Qḋ nullũ brutũ feli-citatis ẽ ca-pax.)

Propter hanc aũt cauſam neq; puer fe-lix eſt. Nõdum enim operatoꝛ taliuꝫ ꝓpter etatem. Dicti aũt propter ſpem beatificant̃. Indigent enim queãdmoduꝫ diximus vir-tute perfecta ⁊ vita perfecta.

Ea quoq; de cauſa nec puer felix eſt. Nam propter eta-tem nõdum hec agere poteſt. ⁊ qui dicuntur felices ꝓpter ſpem dicuntur. Opus eſt enim vt diximus perfecta virtu-te ⁊ vita perfecta. Le. are.

Hanc aũt ob cauſam neq; puer eſt felix: nõdum enim eſt idoneus ad res tales agendas propter etatem. Qui dicu-tur felices ob ſpem dicuntur. Eſt enim opus vt diximus ⁊ perfecta virtute ⁊ perfecta etiam vita. Argir.

S. Tho.

Excludit a felicitate etiam pueros. Et dicit q; ꝓpter ean-dem cauſam: etiam puer nõ poteſt dici felix. Quia ꝓpter defectum etatis nõdum plenum habet vſum rationis: vt poſſit eſſe operatoꝛ virtuoſaꝝ operationum. Et ſi aliquã-do dicuntur beati. hoc eſt ꝓpter ſpem future perfectionis. que ex aliquibus inditijs de eis concipitur. Ideo auteꝫ in preſenti non ſunt felices. quia felicitas vt ſupꝛa dictuꝫ eſt: indiget virtute perfecta ad hoc q; ſit: nõ ſolum bona: ſed optima operatio ⁊ vita perfecta ad hoc q; ſit bona opera-tio continua ⁊ diuturna.

(margin: Qḋ pueri nõ pñt dici felices niſi in ſpe.)

Lectio. xv.

Multe aũt trãſmutationes vite ſiũt ⁊ oĩmode fortune ſm vitã. Et cõ-tingit maxime abũdantẽ magnis calamitatibus incidere in ſenectu-te queãdmodum in heroicis de Priamo narratur. Talibus autẽ vſum fortunis ⁊ fi-nientẽ miſerabiliter nullus vtiq; felicitat.

Nam frequentes mutationes varieq; fortune accidũt i vita: fieriq; põt vt is q maxime floret: magnas in ſenectu-te incidat calamitates: ceu in Heroicis de Pꝛiamo fabu-lantur. Qui ṽo tali fortuna fretus miſerabiliter ſinierit eum nullus cenſet beatum. Le. are.

Multe nãq; mutationes in vita ſiunt varieq; fortune. Argir.

Atq; fieri pōt vt is q̄ maxie bonis abūdat in magnas icidat ī ſenectute calamitates: vt ī heroicis d̄ Priamo dr̄. Eū aūt q̄ talī fortuna ē vſus ꝛ miſerabilr obijt: nemo felicē dicet.

In rebus humanis multas accidere mutationes. Leo.A.

¶ Poſtq̄ phs oſidit qd eſt felicitas. Hic mouet quādā dubitatione de felicitate. Utꝝ.ſ. in hac vita poſſit aliqs dici felix. ¶ Et circa h̄ tria facit. Prīo ponit dubitationis motiuū. Scd̄o ponit dubitationē. ibi. (Utrū igiť nullū aliuz hominū ꝛc̄.) Tertio ponit ſolonē. ibi. (Uel fortunas qdē ſequi ꝛc̄.) ¶ Dicit ḡ p°: q̄ multe trāſmutationes vite fiunt: raro.n. eē puta oīb° modis in paucis ſtabilis eſt. ꝛ h̄ transmutationes fiunt de bono in maliū: ꝛ de malo in bonum. Q̄nq; qdē ſm aliqd paruū: q̄nq; aūt ſm aliqd magnuz: q̄nq; aūt ſm aliqd mediocriter ſe hñs. H̄ aūt mutatiōes fieri ɔtingit ſm totā hoīs vitā: puta in adoleſcētia iuuētute vel ſenectute. Cōtingit.n. q̄nq; q̄ aliqs qui p totā vitaz ſuā habuit maximā abūdātiam exterioꝝ bonoꝝ in ſenectute icidit in maxias calamitates: ſic̄ de Priamo narrat Homer° in v̄ſib° heroicis. Nullus aūt dicet eū felicē eē: q̄ talib° vſus eſt bonis fortuitis: ꝛ poſtea finit miſerabilr. Q̄z

Nota

h̄ ad augmētū miſerie ptinē videť q̄ aliqs de magna pſperitate in magnā miſeriā deueniat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Utrum igiť nullū aliuz hoīum beatificādum vſquequo vtiq; viuit: ſed ſm Solonē autē debitum eſt finē reſpicere.

Leo. Are.

¶ An igiť nec alius quiſq; hoīum beatus dici pōt q̄diu viuit: ſed iuxta Solonem ſpectare finem oportet.

Argir.

¶ Nullus ne igitur homo felix q̄diu viuit dicendus eſt: ſʒ Solonis ſententia finem ſpectare oportet.

¶ Mouet dubitationē intentaz. Et p̄ ꝓponit q̄ōnē. Scd̄o obijcit ad eā. ibi. (Si aūt vtiq; ꝛc̄.) Tertio excludit quandā rñſionē. ibi. (Si aūt non dicim° ꝛc̄.) Proponit ḡ p q̄ō. de opīone Solonis: qui fuit vn° de ſeptē ſapiētib°: ꝛ ɔdidit athenienſium leges. Qui ɔſiderās humanā vitaz fortune mutationib° eē obnoxiā. dixit q̄ nullus dʒ dici felix q̄diu viuit: ſʒ ſolū in fine vite ſue. Eſt ḡ q̄ō. vtrū ꝓpter id qd̄ accidit circa Priamū. nullus alius hō ſit dicēdus beat° q̄diu viuit. ſʒ ſm ſn̄iam Solonis optimū eſt ɔſiderare finē vite: ſi felicitas pſeueret vſq; in finē: vt ſic aliqs felix dicať: vel nō oporteat hoc obſeruare. ¶ Deinde cum dicit.

Solon

Queſtio

¶ Si aūt vtiq; ꝛ ponēduz ita. Ergo eſt felix tunc cum vtiq; morietur. Uel hoc oīno inconueniens. ſpecialiterq; ꝛ dicētibus nobis operationē quandam felicitatem.

Leo. Are.

¶ Quod ſi ita ponendum: an tunc beatus eſt cum moriť? Uel hoc omnino abſurdum preſertim nobis qui dicimus operationem quandam eſſe felicitatem.

Argir.

¶ Quod ſi ꝛ ita ponenduz eſt: num ne felix eſt: cuz e vita deceſſerit. An id abſurdum eſt penitus nobis: preſertim qui, felicitatem operationem quandam dicimus eſſe.

Solonis dictū improbatur.

¶ Obijcit ad q̄ōnē p̄dictā improbādo dictū Solonis. Si.n. aliqs ita ponat ſicut Solon dixit ſequiť q̄ hō ſit felix tūc q̄n moriť. Sed h̄ videť incōueniēs: ꝛ ꝓp alias rōnes: vt puta q̄ mors eſt maximus defect°. cuʒ felicitas ſit ſūma pfectio. Et ēt ꝓp hoc qd̄ ſupra diximus: q̄ felicitas eſt opatio q̄dā. Mortuus aūt nō vʒ hr̄e opationē aliquā. Nō ḡ mortui pñt dici felices. ¶ Eſt notādū q̄ phs nō loquiť hic de felicitate future vite. ſʒ de felicitate pñtis vite. vtꝝ attribui

Nota

poſſit hoī dū viuit vel ſolū in morte. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Si aūt nō dicim° mortuū felicē. neq; Solon h̄ vult: ſʒ q̄m tūc vtiq; q̄s firmiter beatificabit hoīez: vt iā extra mala exiſtentē ꝛ iſfortunia. Habet qdē ꝛ hoc q̄ōnē quādā. Uidetur.n. eſſe ꝛ mortuo malū aliqd: ꝛ bonuz ſiqdez viuenti nō ſentienti aūt puta honores ꝛ inhonorationes ꝛ filioꝝ ꝛ oīno pronepotum proſperitates ꝛ infortunia.

Leo. Are.

¶ Quod ſi mortuuz nō dicimus felicē: nec Solon h̄ vult: ſed tūc ſecure btm̄ dici poſſe: cū iam extra mala calamitateſq; exiſtat: habet id ēt dubitationē quandā: cuʒ videatur mortuo quoq; hominī malū q̄ddam eſſe ꝛ bonū: quēadmodum viuenti nec ſentienti: vt honores: infamie. filiorumq; ꝛ poſteroꝝ proſperitates aduerſitateſq;.

Argir.

¶ Quod ſi mortuū felicē nō dicim°: neq; Solon id vult: ſed tūc dici beatum hoīem tuto poſſe: q̄ iam eſt extra oīa mala calamitateſq;: habet qdem ꝛ hoc ɔtrouerſiam quādam: mortuo nāq; bonum ꝛ malū videť aliqd eſſe: ſiquidem ꝛ viuenti nō autez ſentienti: vt honores: infamie: ꝛ filiorum poſteriorūq; oīno ꝓſperitates atq; aduerſitates.

¶ Excludit rñſionem. Et h̄ duabus rōnibus. Quaꝝ ſecūdaʒ ponit. ibi. (Sed reuertēdo ad prius queſitū ꝛc̄.) Circa p̄mū duo facit. Primo ꝓponit rñſionē ꝛ improbat eam. Scd̄o ex h̄ mouet quandam q̄ōnē. ibi. (Queſtionē aūt ꝛ hec tribuunt ꝛc̄.) ¶ Circa p̄mum ɔſiderādum eſt q̄ ſꝑ dicens Ar. nō oſidebat q̄ aliquis nō eſt felix in morte. Cōcedet aūt h̄ aliquis dicens mortuū nō eſſe felicem. nec Solonem h̄ dicere voluiſſe: q̄.ſ. aliquis cuʒ moritur ſit felix. Sed voluit dicē q̄ aliquis tunc cum moritur pōt firmaz dare de eo ſn̄iam q̄ fuit beatus. Quia iam eſt extra periculum maloꝝ ꝛ infortunioꝝ: vt de cetero nō poſſit dubitari de felicitate ipſius. Sed hanc rñſionem excludit dicēs q̄ h̄ habet quādam dubitationē. Mortuus.n. a viuo differt ī h̄ q̄ caret ſenſu. ɔtingit aūt q̄ hominī viuēti ꝓueniat aliqd bonū vel malum: ſʒ illud nō ſentiat. puta ſi eo ignorante infameť: vel filij eius occidanť: aut diuitie eius diripiantur. ergo pari rōne videť q̄ mortuo poſſit bonuz vel malum accidere: q̄uis non ſentiat. Et loquiť de malo vel bono vite ciuilis: vt patet per exēpla que ſubdit dicens. honores ꝛ inhonoratiōes. Q̄nq; enim mortuis aliqui honores exhibenť. ſicut q̄ laudantur: ꝛ memoria eoꝝ celebratur. Et ſilr fiunt eis quedā exhonoratiōes. puta cum extumulanť ꝛ eoꝝ oſſa cōburunť. Similr ēt videntur aliqua bona vel mala eis poſſe accidere ſm pſperitates ꝛ infortunia filioꝝ ꝛ nepotū. Sic igitur videť q̄ nec etiam mortui oīno ſunt extra mala ꝛ infortunia. Et ita ēt in morte non poſſet dici q̄ eſſent felices. ¶ Deinde cum dicit.

Rō.

Rōnis excluſio.

¶ Q̄ōnē aūt ꝛ hec tribuūt. Eteni q̄ bñ vixerit vſq; ad ſenectutē ꝛ mortu° eſt ſm rōnez. Cōtingit mltas trāſmutatiōes fieri circa filios. Et hos qdē ipoꝝ bonos eē ꝛ potiri vita que eſt ſm dignitatē: hos autē ecōuerſo. Manifeſtū aūt q̄m diſſenſionib° ad p̄res oīfariam habere ipſos ɔtingit. Incōueniens aūt fiet vtiq; ſi ſimul tranſmuteť ꝛ mortuus ꝛ fiet aliqñ qdem felix. rurſus aūt miſer. Incōueniens autē ꝛ in hoc nihil neq; in quo-

dam tpe ſupuenire que ſint filioꝝ patrib⁹.

Leo. Are.

¶ Hec ēt dubitationem aſſerunt: qꝛ fieri pōt: vt qui ad ſenectam vſqꝫ beate vixerit deceſſeritqꝫ: eidem tñ multa ac varia circa filios ꝯtingent: alioſqꝫ eſſe ꝓbos ⁊ cuꝫ dignitate vitā agere: alios ꝟo ꝯtra. Patet igit̃ qḋ ſi trāſeant hec ad parētes: varie ſeſe hēe illos ꝯtingere pōt. Eſſet ꝟo abſurdū ſi defunctus quoqꝫ mutaretur: ⁊ mō felix mō miſer eſſet. Abſurdum etiam ſi res poſterorum nihil penitus ad parentes ne ad aliquod tempus quidem pertinerent.

Argir.

¶ Dubitationem aūt ⁊ hec aſſerūt: ei nāqꝫ qui ad ſenectutē vſqꝫ beate vixerit: ſmqꝫ rōnem deceſſit multas circa poſteros accidere mutationes ꝯtingit: ⁊ alios ipſoꝝ eſſe bonos vitāqꝫ ꝯſecutos eſſe pro dignitate: alios ꝯtra. Cōſtat autē ⁊ diſtātijs ad parētes multis varijſqꝫ modis ipſos ſeſe hēe poſſe: abſurdum igit̃ eſt: ſi defunctus ſimul ēt mutaret̃: ⁊ nunc felix fieret: nunc miſer. Abſurdum eſt etiam ⁊ minime nec aliqḋ ad tēpus poſterioꝝ ad parētes res ꝑtinere.

¶ Interponit quādam qōnez occaſione ꝓmiſſoꝝ. Et dicit ꝙ iſta. ſ. ꝓſperitates ⁊ infortunia filioꝝ ⁊ nepotuꝫ aſſerūt qōnem. Cōtingit. n. qñqꝫ ꝙ aliquis feliciter viuit vſqꝫ ad ſenectutē. ⁊ morit̃ feliciter ſm rōnē felicitatis aſſignatam. Et tñ poſtea fiunt multe trāſmutationes circa filios eius. Quoꝝ qdam ſunt boni ſm dignitatē patris. Quidā ecōtrario ſe habent. Manifeſtū eſt enim ꝙ ſm omē modum ꝯtingit diuerſificari filios a parentibus: vtpote ꝙ bonoꝝ parētum ſunt mali filij: ⁊ diuitum paupes. Hac autē poſitione facta incōueniens ex vtraqꝫ parte ſequi videt̃. Nāz incōueniens eſt ſi mortuus trāſmutet̃ ꝓpter hōꝫ īfortunia: vt qui aliqñ ſit felix: rurſus fiat miſer. Et ex alia pte incōueniēs videt̃ ſi ad min⁹ aliquo vicino tpe illa que ꝯtingūt filijs in nullo ptineant ad parētes eiā mortuos. vt ex hoc eorum felicitas impediatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed reuertendū ad prius queſitū. Forſitan. n. vtiqꝫ inſpiciet̃ ⁊ qḋ nūc queſitū eſt ex illo. Si. n. vtiqꝫ finē videre opꝫ: ⁊ tūc beatificare vnūquēqꝫ nō vt exiſtenē beatū. ſed qm̃ prius erat: q̃lr nō incōueniens ſi qñ eſt felix nō vere dicet̃ de eo exiſtere. ¶ Propt̃ non velle viuētes felicitare pp trāſmutationes ⁊ pp pmanēs qd felicitatē exiſtimare ⁊ nequaq̃ꝫ facile trāſmutabile. Fortunas aūt re circulari multotiēs circa eoſdē. Manifeſtū. n. ꝙ ſi ſeq̄mur fortunas eundē felicē ⁊ rurſus miſerū dicem⁹ multotiēs: camaleonta quēdam felicē nūciantes ⁊ debilr̃ firmatum.

Leo. Are.

¶ Sed redeūdum eſt ad id qḋ ꝓmo queſiuimus. Nā forte ex illo h̃ poſterius apparebit. Si ergo finez ſpectare opꝫ: ⁊ tunc beatū dicere quenq̄ꝫ nō qḋ tunc beatus ſit: ſed quod prius erat beatus: quō id nō abſurdū: ſiqdem dum eſt felix: nō verificetur in ipſo id qḋ eſt: qm̃ beatos dicere viuentes nō volumus ꝓpter mutationes: ⁊ qm̃ ſtabile aliqd ac nequaq̄ꝫ leuiter mutabile felicitatem putamus: fortune ꝟo ſepe cōuertitur: patet enim quod ſi fortunam ſeq̄mur ſepe felicem ac poſtea miſerum eundem dicemus. ceu camaleonta quendam debiliter firmum ꝓferentes felicem.

Argir.

¶ Sed redeūdū eſt ad id qḋ ꝑus eſt dubitatū. Ex illo nāqꝫ ⁊ id qḋ nūc querit̃ fortaſſe ꝑſpiciet̃. Si igit̃ finem ſpectare opꝫ ⁊ tūc beatū dicere quēqꝫ: nō qꝛ beatus tunc eſt: ſed ꝙ prius erat. Quō nō eſt abſurdū ſi cum eſt felix nō vere de ipſo dicet̃ qḋ ineſt: qꝛ viuentes dicē beatos ob mutationes nolum⁹. Et qꝛ felicitatē qdem ſtabile qddaꝫ: nulloqꝫ mō facile mutabile eē putam⁹. Fortunā āt ī eiſdē ſepe reuolui: nā ſi fortunā ſeq̄mur ſepenūo felicē ac miſeꝝ eūdē dicem⁹ Camelcōtē quēdā oñdētes ipꝫ felicē eē ac dbilr̃ collocatū.

¶ Ponit 2ᵐ rōnē ad excludendū riſionem ꝓmiſſaꝫ. Et dicit ꝙ ꝑtermiſſa 2ᵃ qōne reuertendū ad ꝓmā qōnē: ex cuius ſolōne videri poterit veritas qōnis 2ᵉ. Videt̃ aūt ꝙ ꝑdicta riſio nō ſit ꝯueniēs. Si. n. opꝫ reſpicē ad finē humane vite. ⁊ tūc dicere aliquē felicēꝫ nō ꝙ tūc vere beatus ſit: ſꝫ ꝙ prius beat⁹ erat. h̃ videt̃ eſſe incōueniens ꝙ cū aliqs eſt felix. nō vere dicat̃ de eo ꝙ eſt felix. cū veritas ꝓpōnis de ꝑterito fundet̃ ſup veritate ꝓpōnis de pñti. Ideo. n. aliqd verum eſt fuiſſe qḋ veꝝ fuit eē. Sed aliqui nolebāt dicē hominē eſſe felicē pp trāſmutationes pñtis vite. Et ꝓpt̃ h̃ ꝙ exiſtimabāt felicitatē eſſe qddā pmanēs. ⁊ nō de facili trāſmutabile. alioqn nō quietaret deſiderium nāe. Deſiderat enīꝫ vnuſqſqꝫ nālr̃ firmiter pmanē in bono qḋ hꝫ. Sꝫ fortune multotiens circulr̃ reuoluunt̃ circa eoſdē: vt. ſ. de bonis veniāt in mala: ⁊ eꝯ. Et ſic manifeſtū eſt ꝙ ſi in iudicādo de felicitatē ſequamur ꝯſiderationē fortune. ⁊ dicam⁹ in hac vita de aliq ꝙ ſit felix multotiens de vno ⁊ eodē dicem⁹ ꝙ ſit felix: ⁊ rurſus ꝙ ſit miſer. Et ſic annūciabimus aliquē eē felicē ad modū camaleontis. Qui. ſ. eſt aīal mutās colorē ſm colores diuerſoꝝ corpoꝝ appoſitoꝝ. Et annūciabim⁹ felices eſſe debilr̃ firmatos. Qḋ eſt ꝯtra rōnem felicitatis.

Lectio. xvj.

Vel fortunas qdē ſequi nequaq̄ꝫ rectū. Nō. n. in his bñ vel male. Sꝫ īdiget his hūana vita queadmodū dixim⁹. Dñe āt ſunt q̄ ſm virtutē opōnes felicitatis. Cōtrarie aūt ꝯtrarij.

Leo. Are.

¶ Vel fortunā ſeq neq̄q̄ꝫ rectū: cū bñ aut male ī illa nō ſit: ſꝫ illi⁹ īdiget vita hūana vt dixim⁹. Opationes ꝟo ſm virtutē dñe ſunt felicitatis. Cōtrarie ꝟo contrarij.

Argir.

¶ An fortunā ſequi nullo mō eſt rectū. Nō eſt. n. in ipſa bñ vel male viuere ſitū: ſed indiget humana vita ipſius: vt dximus. Opationes aūt ee qdem que a virtute ꝓficiſcunt̃ felicitatis: ee ꝟo que ſunt ꝯtrarie ꝯtrarij domine ſunt.

¶ Premiſſa dubitatione hic dubitationē ꝑhs ſoluit. Et ꝑ⁰ ſoluit ꝑncipalem dubitationē. Scḋo ſecūdariaꝫ. ibi. Pronepotū aūt fortunas ⁊c̃.) ¶ Circa ꝓmum duo facit. Primo ꝓmittit qḋdam qḋ eſt neceſſarium ad qōnis ſolōnez. Scḋo applicat ad ſolutionē preſentis qōnis. ibi. (Teſtat̃ aūt ſermoni ⁊c̃.) ¶ Circa ꝓmuꝫ ꝯſiderādū eſt ꝙ felicitas eſſentialr̃ ꝯſiſtit in opatione virtutis. Bona aūt exteriora que ſubiacēt fortune: ptinent q̄ſi inſtrālr̃ ad felicitatē. Et ideo dicit ꝙ nō debemus ſequi fortunas iudicādo aliquē eſſe miſerū vel felicē. Quia bonū vel malū hōis: qḋ attenditur ſm rōnem: nō ꝯſiſtit ꝑncipalr̃ in his. Sed humana vita indiget his inſtrumētalr̃: ſicut dictum eſt. Sed opationes ſm ꝟtutē ſunt ꝑncipales ⁊ dñium hñtes in h̃ ꝙ eſt aliquē eſſe felicē vt. ſ. ex hoc dicat̃ ꝑncipalr̃ aliqs eſſe felix: qḋ operet̃ ſm ꝟtutē. Et ꝯrie opationes. ſ. vitioſe hñt ꝑncipalitatē ⁊ dñiuꝫ in ꝯrio. ſ. in miſeria: vt. ſ. ille vere ſit miſer: qui vitioſis opationib⁹ inſiſtit. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Teſtatur aūt ſermoni ⁊ qḋ nūc queſitum eſt. Circa nihil. n. ſic exiſtit humanoꝝ opeꝝ

conſtantia

Margin notes:

Qḋ alia;

Cōtingit filios parētib⁹ eē diſſimiles.

Nō ſcḋa ꝯtra riſionē ꝓmiſſā.

Veritas ꝓpōnis de ꝑterito fundat̃ ſup veritate ꝓpōnis de pñti.

Unuſqſqꝫ nālr̃ deſiderat firmit̃ pmanē in bono qḋ habet.

Cameleō

Lec. xv.

Quomō ſe habeant ad felicitatē opōnes ſꝫ ꝟtutē ⁊ ꝯrio bona fortune.

conſtantia vt circa opationes que ſm virtu tē ſunt. Permanentiores.n. diſciplinis hec videnť eē. Earūdē aūt honorabiliſſime per manētiores pp maxime itēdere: ⁊ maxime continue viuere in ipſis beatos. Hoc enim aſſimilatur cauſe eius: quod eſt non fieri cir ca ipſas obliuionem.

Le. are. ¶ Teſtatur aūt huic id qđ mō queſiuimus. Nulla quippe in re humana: certitudo tanta eſt: quanta in operationi bus ſm virtutem. he nāq; ſtabiliores ꝙ̄ ſcientie videntur eſſe. Sed que illarum honeſtiſſime ſunt: he plurimam ha bent firmitatem: quoniam in illis maxime ⁊ continuatiſ ſime beati viuunt. Hec enim videtur cauſa quominus cir ca illas fiat obliuio.

Argir. ¶ Atteſtať huic ſententie ⁊ id qđ nūc dubitauimus. Etenī nullis in operib⁹ humanis tanta eſt firmitas quāta eſt in operationib⁹ hiſce: que a virtute ꝓficiſcunť: ee nāq; ſtabi liores ⁊ ſcientijs ipſis eſſe videntur. Harum autem ipſaꝝ ee que ceteris antecellunt maxime ſtabiles ſunt: ꝓpterea ꝙ in his ipſi beati ⁊ maxime ⁊ ꝯtinuatiſſime viuunt. Hoc enim ſimile eſt cauſe vt ipſarum non fiat obliuio.

S. Th.

¶ Adaptat qđ dcm̄ eſt ad ſolonē qōnis. Et pmo oñdit ꝙ opōnes ſm ꝟtutē maxime īueniunť pmanētes īter oēs res hūanas. Scđo oñdit ꝙ ſm p̄dicta poterit felicitas pma nere ꝑ totā vitā. ibi. (Exiſtet aūt vtiq; ⁊c̄.) Tertio oñdit ꝙ ſm p̄dicta euitanť oīa incōuenietia. ibi. (Si autē ſunt opōnes dñe vite ⁊c̄.) Dicit ḡ p̄ ꝙ huic ſermoni. quo. ſ. dixi mus opationes ſm ꝟtutes eē pncipales in felicitate. atte ſtatur illud qđ paꝝ ſupra queſitū eſt de pmanētia felici tatis. Nihil.n. humanoꝝ īuenit eē ita ꝯſtanter pmanēs: ſicut opōnes ſm ꝟtutē. Manifeſtū eſt.n. ꝙ exteriora bo na: ⁊ et īteriora bona ad corpus ptinentia cū ſint mālia ⁊ corpalia ꝑ ſe ſubiecta ſūt mutationi. Ea ꝟo que ad aīam ptinēt ſolū ꝑ accñs. Uñ minus ſubiacēt mutationi. Eoꝝ ꝟo que ad aīaȝ humanā ptinent: qđā ptinēt ad itellm̄: ſi cut ſcie. Quedā ꝟo ad opōnes vite: ſicut ꝟtutes. Que qdē pmanētiores ſunt ipſis diſciplinis. ſ. ſcientijs demrātiuis. Qđ qdē intelligēdū eſt nō ꝙ̄tum ad mām. Nā ſcie demō ſtratiue ſunt circa nec̄ia: que impoſſe eſt aliť ſe hře. Sed eſt intelligēduȝ ꝙ̄tum ad exercitiū actus. Nō.n. imanet nobis ita ꝯtinuū exercitiū ſpeculationis ſciaꝝ: ſicut opationum ſm ꝟtutem. Cōtinue.n. occurrūt nobis ea in qb⁹ opȝ nos agere ſm ꝟtutē: vel ꝯtra virtutē: ſicut vſus ciboꝝ: cōſortia mulieꝝ: collocutiones hoīum adinuicē: ⁊ alia hm̄ōi: in qb⁹ ꝯtinue verſať vita hūana. Uñ opȝ ꝙ habit⁹ ꝟtutis magis per ꝯſuetudinē firmeť in hoīe ꝙ̄ȝ habit⁹ ſcie. Et inter ipſas ꝟtutes ille que ſūt honoratiſſime: videnť eē pmanētiores: tum q: magis intēſetū q: magis ꝯtinue opanť: hoīes ad hoc ꝙ ſm eas viuant. Et tales ſunt opationes virtutū: in qb⁹ cōſiſtit felicitas: q: ſunt pfectiſſime: vt dcm̄ eſt. ⁊ iſtud naľr eſt cauſa: quare homo nō obliuiſciť eſſe virtuoſus. q: ſcȝ ꝯtinue in his hō exercitať. Eſt ⁊ alia cauſa: q: ſ. virtus ꝯſiſtit pncipaliter in appetit⁹ inclinatione que per obliuio nem nō tolliť. ¶ Deinde cum dicit.

*Margin:* Opōnes ſm ꝟtutes ſūt pmanē tiores oi bus aliis bonis hūa nis.

*Margin:* Quō itelli gať ꝟtutes eē pmanē tiores diſci plinis.

*Margin:* Lec. 10.

*Margin:* Hō nō ob liuiſciť vir tutis ſicut ſcientias.

¶ Exiſtet autem vtiq; quod queſitum eſt fe lici. Et erit per vitā talis. Semper enim vel maxime omnium operabitur ⁊ ſpeculabi tur que ſm virtutem.

Le. are. ¶ Exiſtet igitur beato id quod queritur: taliſq; erit per to tam vitam. Semper enim vel maxime omnium aget ⁊ cō templabitur ſm virtutem.

Argir. ¶ Id igitur quod queritur competit ipſi felici: ⁊ erit talis per vitam: nam ſemper aūt maxime ea aget ⁊ contempla bitur: que prodeunt a virtute.

S. Tho.

Argir. ℭ Preterea omnis habitus animi vt ꝛ antea diximus: ad eas res ꝛ in his ſuam hꝫ naturā:a qbus deterior:meliorqꝫ efficiꭏ. At ob voluptates doloreſue praui habitus fiūt:ex eo ſane q: perſequunꭏ hoīes atqꝫ fugiūt aut quas ꝛ quos non opꝫ:aut cum nō opꝫ:aut quēadmodum non oportet aut quot modis aliīs a ratione talia p̄ſcribunꭏ. Quapropter ꝛ ſunt qui definientes virtutes:affectuū ipſas inquunt.

eſſe vacuitates tranquillitateſue quaſdam. Sed nõ recte qꝛ ſimpl'r dicũt ⁊ nõ addũt vt oportet: ⁊ qñ oportet: ⁊ cetera que adduntur. Uirtus ergo talis ſupponitur eē facultas agendi res optimas circa voluptates atq̃ dolores: vitiũ autem contrarium.

S. Tho.

Nõ q̃rta. ¶ Que ſumit̃ ex eo qd̃ eſt ↄtrarium ⁊ corruptiuũ virtutis. Et dicit ꝙ oĩs habitus natũ habet ad hec ⁊ circa hec operanda: qb⁹ fit deterioꝛ ⁊ melioꝛ. i. a qbus auget̃ in bonitate ſi ſit habit⁹ bonus. vel in malitia ſi ſit malus: vel põt intelligi: a qbus natus eſt fieri deterioꝛ vel melioꝛ. i. a qbus natus eſt generari vel augeri: qd̃ eſt fieri melioꝛẽ: ſiue corrũpi vel diminui: qd̃ eſt fieri deterioꝛẽ. Uidemus aũt ꝙ homines fiunt praui per corruptionẽ virtutis: ex eo ꝙ ſequitur voluptates ⁊ fugiũt triſtitias vel quas nõ opꝫ: vel quãdo nõ opꝫ: vel qualitercũq̃ aliter declinet aliq̃s a rõne recta. Et ex hac occaſione moti fuerũt ſtoici: vt dicerent ꝙ virtutes ſunt quedã impaſſibilitates ⁊ q̃etes. Quia. n. videbant ꝙ hoĩes fiunt mali per delectationes ⁊ triſtitias: ↄſ eſſe putauerũt ꝙ virt⁹ in hoc ↄſiſtat ꝙ oĩno trãſmutationes paſſionũ ceſſent. Sed in h̃ male dixerunt: qd̃ totaliter a virtuoſo volũt excludere oĩes paſſiones. Pertinet. n. ad bonum rõnis vt reguleť per eã appetit⁹ ſenſitiuus cuius motus ſunt paſſiones. Uñ ad v̾tutẽ nõ ptinet ꝙ excludat oẽs paſſiones: ſꝫ ſolũ inoꝛdinatas: que. ſ. ſunt: vt non opꝫ: ⁊ qñ nõ opꝫ: ⁊ quecũq̃ alia adduntur ptinẽtia ad alias circũſtãtias. Ex his g̃ ↄcludit ſupponẽdũ eē ꝙ circa voluptates ⁊ triſtitias virtus optima opereť. Malitia aũt que eſt habitus virtuti contrarius mala. ¶ Deinde cum dicit.

*Marg.:* Homines praui fiunt ex eo qꝛ ſequunť delectatiões ⁊ fugiũt triſtitias inoꝛdinate.

*Marg.:* Improbatur opinio ſtoicorũ.

¶ Fiet autem nobis manifeſtum ex his adhuc de eiſdem. Tribus enim exiſtentibus que circa electiones: ⁊ tribus que in fugis bono conferente delectabili: ⁊ tribus cõtrarijs malo nociuo triſti. Circa hec quidem omnia bonus directiuus eſt: malus aũt peccans: maxime aũt circa delectationem. Cõmunis enim hec animalibus ⁊ oĩbus que ſub electione aſſequuntur. Etenim bonum ⁊ conferens ⁊ delectabile videtur.

Le. are. ¶ Probat etiam illud qd̃ oĩa tria ad capiendum repudiandumq̃ ↄſilium ptineant: honeſtũ. vtile. voluptarium: ⁊ tria his ↄtraria: turpe. inutile. moleſtũ. bonus qdeꝫ ⁊ hec omnia recte conſequitur. malus v̾o aberrat. ſed p̾cipue circa voluptatem. Hec enim cõmunis eſt animantibus. ⁊ cuncta que in electionem cadunt: ſubſequitur. Nam ⁊ honeſtum ⁊ vtile iocundum videtur.

Argir. ¶ Fuerit aũt nobis de ipſis: ⁊ ex his etiam manifeſtiꝰ. Nam cũ tria ſint ob que quiſpiã expetit: honeſtũ: vtile: iocũduꝫ. Et tria illis ↄtraria ob que fugit: turpe: inutile: atq̃ moleſtum. Bonus quidem vir circa hec oĩa recte agit. Malus aũt peccat. Et maxime circa voluptatẽ. Hec enim ⁊ cõmunis eſt aĩalib⁹: ⁊ oĩa que in expetitioneꝫ cadũt comitatur. Quippe cum ⁊ honeſtũ: ⁊ vtile videať eſſe iocũdum.

S. Tho.

Rationes ad idẽ ſumpte ex pte hoĩs ꝑtuor. ſ. Prima. Bonũ triplex. Malum triplex. De cõitate ¶ Inducit ad ꝓpoſituꝫ alias q̃tuoꝛ rõnes ſumptas ex pte hoĩum: ex qb⁹ ineſt v̾tus ⁊ delectatio ⁊ triſtitia. Quaꝝ p̾ ſumiť ex cõitate delectationũ. Et dicit ꝙ tria ſunt que cadũt ſub electione humana. ſ. bonũ. i. honeſtũ: ↄferẽs. i. vtile ⁊ delectabile. Quib⁹ tria ↄ̾riant̃. ſ. malũ. i. vitiuꝫ qd̃ opponiť honeſto nociuũ: qd̃ opponiť vtili: ⁊ triſte: qd̃ opponiť delectabili: circa oĩa aũt hec bon⁹ recte ſe hꝫ. Malus aũt hõ peccat ⁊ p̾cipue circa delectationẽ que eſt cõioꝛ inter p̾dicta duplici cõitate. Primo qdem q̃tum ad ea que delectanť. delectatio. n. inuenit̃ in oĩb⁹ aĩalib⁹: qꝛ nõ ſoluꝫ eſt ſm ptem intellectiuã: ſꝫ eſt ẽt ſm ſenſitiuã: ſed vtile ⁊ honeſtũ ptinent ad ſolã ptẽ intellectiuã. Nã honeſtum eſt ꝙ ſit ſm rõnẽ. vtile aũt importat oꝛdinẽ alicui⁹ in alteꝝ. Oꝛdinare aũt ꝓpꝛiũ eſt rõnis. Alia aũt cõitas eſt ex pte ipſarum reꝝ de qb⁹ eſt delectatio. ↄſequit̃. n. ad oĩa que cadũt ſub electione. honeſtũ. n. eſt delectabile hoĩ ſm ꝙ eſt ↄueniens rõni. vtile aũt eſt delectabile ꝓp ſpem finis. Nõ autẽ eſt ecõuerſo ꝙ oẽ delectabile ſit vtile vel honeſtũ: vt pꝫ in delectationib⁹ ſm ſenſum. ¶ Scd̃am aũt rõnẽ ponit ibi.

*Marg.:* te delectationis.

¶ Adhuc autem ex puero omnibus nobis cõnutritur. Propter quod difficile eſt conterere hanc paſſionem cõparatam vite.

Le. are. ¶ Cũctis ẽt nob̃ a pueritia ſil' educata eſt. Quapp arduũ eſt hanc rem inſitam penitus vite noſtre reijcere.

Argir. ¶ Preterea cũctis vna cũ hoĩb⁹ ab ipſis in cunabulis eſt enutrita. Quapp arduũ eſt hũc affectũ inſitũ vite extrudere.

S. Tho.

Scd̃a rõ. Delectatio ẽ nobis ab ipa pueritia ↄnaturalis. ¶ Que ſumit̃ ex cõnãlitate delectationis: ſimul. n. cũ oĩb⁹ nutrit̃ a pueritia ipſa delectatio: qꝛ puer mox natus delectatur in lacte. Et ideo difficile eſt ꝙ hõ poſſit ſubiugare hanc paſſionẽ que cõparatur vite: in hoc. ſ. ꝙ incepit cum hoĩe a p̾ncipio vite. Et ideo circa delectationẽ maxime eſt virtus moralis. ¶ Tertiam rõnem ponit ibi.

¶ Regulant aũt operationes hi quidẽ magis: hi qdeꝫ minus delectatione ⁊ triſtitia. Propter hoc igitur neceẽ eſt circa hec eẽ omne negociuꝫ. Non. n. parũ in operationes bene vel male gaudere ⁊ triſtari.

Le. are. ¶ Regimus autẽ actus nros: alij magis: alij minus per voluptatẽ ⁊ doloꝛem. Ob hoc igiť neceſſe eſt totum negociũ circa illa verſari. Non parum eſt enim ad res gerendas pꝛobe aut impꝛobe letari aut dolere.

Argir. ¶ Iudicamus ẽt ⁊ actiões ipſas: alij magis: alij min⁹ voluptate atq̃ doloꝛe. Idcirco totũ ipm negociũ circa hec eſſe neceẽ. Nõ. n. paꝝ p̾t ad act⁹ bñ aut male gaudẽ aut dolẽ.

S. Tho.

Rõ tertia. Quibus opõnibus intendunt hoĩes ⁊ a qbus abſtinent. ¶ Que ſumiť ex hũano ſtudio. Oẽs. n. hoĩes regulãt operationes ſuas delectatione ⁊ triſtitia: vt. ſ. operationib⁹ intẽdentes in qbus delectãtur: ⁊ ab eis abſtinentes de quibus triſtantur. Et ideo neceſſe eſt ꝙ circa delectationẽ ⁊ triſtitiam ſit totum negocium moꝛalis virtutis: que. ſ. oꝛdinatur ad bene operandum. Nõ eniꝫ parũ pertinet ad operationes ꝙ aliq̃s bene vel male gaudeat vel triſtetur. Quia ſi gaudet de bonis bene operatur. Si auteꝫ de malis male. ¶ Quartam rõnem ponit ibi.

¶ Adhuc autẽ difficilius voluptati pugnare q̃ꝫ ire queãdmodum ait Heraclitus. Circa difficilius autẽ ſemper ⁊ ars fit ⁊ virtus. Etenim bene ⁊ melius in hoc. Quare ⁊ ꝓpter hoc circa delectationes ⁊ triſtitias omne negocium ⁊ virtutis ⁊ politice. ¶ Qui quidem enim bene his vtitur bonus erit. Qui autem male malus.

Le. are. ¶ Inſuper difficilius eſt voluptati repugnare: q̃ꝫ ire. vt Heraclitus inquit. Circa difficilioꝛa v̾o ſemper ars virtuſq̃ exiſtit. Nam bene: in hoc melius eſt. Itaq̃ ob id quoq̃ circa voluptates ⁊ doloꝛes totum negocium eſſet virtutis ⁊ ciuilis. Nã qui bñ his vtiť: bonus erit: qui male malus.

Argir. ¶ Difficilius eſt etiam vt Heraclito placet voluptati repugnare q̃ꝫ ire. At circa difficilius ſemper ⁊ ars fit ⁊ virtus.

Id enim

Id enim quod in hoc efficit bene per ſe abdiuus eſt. Quare propter hoc etiam circa voluptates doloreſqʒ totuʒ negocium eſt ⁊ ipſius virtutis: ⁊ ciuilis etiam facultatis. Qui nãqʒ bene his vtitur bonus erit. Qui vero male malus.

S. Tho.

Rõ ĝris. Heraclit. ¶ Que ſumitur ex cõparatione eius ad irã: q2 vt dixit Heraclit⁹ difficilius eſt pugnare ↄtra voluptatem q̃ ↄtra iram quãuis bñ pugnare ↄtra irã videat difficillimũ ꝓpter eius impetũ. Sed ↄcupiſcẽtia delectationis ⁊ cõior eſt maior ⁊ magis durat. Circa difficilius aũt ſemp ↄſiſtit ars ⁊ virtus. Nã in facilibus qlʒ põt bñ operari. Sed bñ operari in difficilibus eſt ſolũ habẽtis virtutem ⁊ artem. Et ideo manifeſtũ eſt ex p̃dictis ꝙ totuʒ negocium virtutis ⁊ politice .i. ciuilis cõuerſationis ↄſiſtit circa delectationes ⁊ triſtitias. Quibus qui bene vtitur: bonus erit. Qui male aũt vtitur erit malus. ¶ Deinde cum dicit.

Ars ⁊ vir⁹ verſant circa difficile

¶ Quoniam qdem igitur ⁊ virtus circa delectationes ⁊ triſtitias. Et quoniam ex quibus fit ab his ⁊ augetur ⁊ corrũpitur: non ſimiliter factis. Et quoniam ex quib⁹ fit circa hec ⁊ operatur dictum eſt.

Le. are. ¶ Eſſe igit virtutem circa voluptates ⁊ dolores: ⁊ ex qbus fit: ab eiſdem augeri: atqʒ aliter factis corrumpi: ⁊ circa illa operari ex quibus fit: ſatis dictum eſt.

Argir. ¶ Dictum ſit igit virtutẽ circa voluptates doloreſqʒ verſari: ⁊ ex qb⁹ fit: ab his ipſis augeri: ⁊ cum nõ eodẽ mõ fiunt corrumpi: ⁊ circa illa etiam operari ex quibus eſt orta.

S. Tho.

Epilogus ¶ Epilogat que dicta ſũt. ſ. ꝙ virtus ſit circa delectationes ⁊ triſtitias: ⁊ ꝙ eadeʒ ſunt ex qb⁹ virtus gñatur ⁊ augetur. ⁊ ex quibus etiam corrũpitur ↄtrario modo factis ⁊ eadẽ ſunt ex qb⁹ gñatur virtus: ⁊ que operat virtus iam gñata.

Lectio. iiij.

Queret autem vtiqʒ aliqs qualiter dicimus. quoniam oportet qdeʒ iuſta operantes iuſtos fieri: tẽperata aũt temperatos. Si eniʒ operantur iuſta ⁊ temperata iam ſunt iuſti ⁊ tẽperati: quẽadmodum ſi grãmatica ⁊ muſica grãmatici ⁊ muſici.

Le. are. ¶ Sed queret fortaſſe qſpiaʒ quẽadmodũ dicimus: qð iuſta agendo iuſtos: ⁊ modeſta modeſtos fieri opʒ. Nam ſi iuſta ⁊ modeſta agũt: iam ſunt iuſti: ⁊ modeſti. ceu ſi grãmatica ⁊ muſica: grãmatici ⁊ muſici.

Argir. ¶ Dubitauerit aũt quiſpiam quonã modo dicimus iuſta agẽtes iuſtos ⁊ tẽperata tẽperatos fieri oportere. Nã ſi iuſta tẽperataqʒ agũt: iã iuſti ſunt ⁊ tẽperati: ꝑinde atqʒ ſi grãmatica muſica ve faciunt: grãmatici ſunt atqʒ muſici.

S. Tho.

¶ Poſtq̃ phs oñdit ꝙ virtutes cauſant ex operib⁹. h̃ mouet
Dubitatiõ quãdam dubitatione. Et circa h̃ tria facit. Primo mouet dubitationẽ. Scdo ſoluit eaʒ ibi. (Uel neqʒ in artib⁹ ⁊c̃.) Tertio ex determinatione q̃onis īducit ↄnem ꝑncipalẽ intẽtam. ibi. (Bñ igit dr̃ ⁊c̃.) ¶ Eſt ğ dubitatio quam p̃mo mouet talis: ut̃ ita ſe hʒ in virtutib⁹ ſicut in artibus ſed in artibus ita ſe habet ꝙ nullus operat opus artis niſi hñs artem ſicut nullus facit opa grãmaticalia niſi grãmaticus exiſtẽs neqʒ opa muſicalia niſi muſicus exñs. Ergo ita ſe habebit in virtutib⁹: ꝙ qcũqʒ facit opa iuſta eſt iam iuſtus: ⁊ qcũqʒ facit opa tẽperata eſt iã tẽperat⁹. Nõ ğ videt veruʒ eſſe qð dictũ eſt: ꝙ hoĩes faciendo iuſta fiunt iuſti: ⁊ faciẽdo tẽperata fiunt tẽperati. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uel neqʒ in artibus ita habet. Contingit enim grãmaticũ qd facere a caſu ⁊ alio ſuppoſito. Tunc igitur grãmaticus ſi grãmaticum qd faciat ⁊ grãmatice: hoc autem eſt ſm eam que in ipſo eſt grãmatica.

¶ Uel nõ in artibus ita ſe habet. Nam fieri põt: vt grãmaticum qd agat fortuito ⁊ alio ſuppoſito. Tunc igit grammaticus erit cum grãmaticum aliqd ⁊ grãmatice faciet. Hoc eſt ſm eam grãmaticam que in ipſo eſt. Le. are.

¶ An nec in artibus res ita ſe habet: fieri nãqʒ põt: vt grãmaticum aliqð quiſpiã faciat ⁊ fortuna ⁊ alio admonẽte. At tũc erit grãmaticus cũ ⁊ grãmaticũ qppiaʒ ⁊ grãmatice faciet: id eſt ſm eam que eſt in ipſo grãmaticã artem. Argir.

S. Tho.

¶ Soluit dubitationeʒ predictam. Et p̃ interimẽdo id qð aſſumebat de artib⁹. Scdo interimendo ſilitudinẽ que apponebat inter virtutes ⁊ artes. ibi. (Adhuc aũt neqʒ ſile ⁊c̃.)
¶ Dicit ğ p̃mo ꝙ in artib⁹ nõ ita ſe hʒ: ſicut aſſumebat. ſ. ꝙ quicũqʒ facit grãmaticalia iã ſit grãmatic⁹. Contingit enĩ qñqʒ ꝙ aliqs idiota a caſu ꝓnũciet ↄgrueʒ locutionẽ qñqʒ etiam h̃ ↄtingit alio ſuppoſito ad cui⁹. ſ. exẽplar operetur. puta ſi aliqs minus repreſentet locutioneʒ ↄgruam quã aliqs grãmaticus ꝓfert. Sed tũc aliqs eſt iudicãdus grãmaticus qñ facit opus grãmaticale ⁊ grãmaticalr̃. i. ſm ſciam grãmatice quam hʒ. ¶ Deinde cum dicit. Ro ſia q̃õnis ſolutio; Cũ aliqs eſt iudicandus grammatic⁹ vel virtuoſus

¶ Adhuc aũt neqʒ ſimile eſt in artib⁹ ⁊ in virtutibus. Que enim ab artib⁹ fiunt bene hñt in eis. Sufficit igitur hec qualiter habentia fieri. Que aũt ſm virtutes fiunt neqʒ ſi hec qualiter habeant iuſte vel tẽperate operata ſũt. Sed ſi operans qualiter hñs operetur. ¶ Primum qdem ſi ſciens. Deinde ſi eligens ⁊ eligens ꝓpter hec. Tertium aũt ⁊ ſi firme ⁊ imobiliter habeat ⁊ operetur. Hec aũt ad alias qdem artes non cõnumerãtur preter ipſum ſcire. Ad virtutes aũt ſcire quidem parũ aut nihil põt. Alia aũt non parũ: ſed omnia poſſunt que ex multotiens operari iuſta ⁊ temperata adueniunt.

¶ Preterea nequaq̃ ſimile eſt in artib⁹: ⁊ virtutibus. Nã que ab arte ꝓcedunt: laudem in ſe hñt. Quare ſufficit illa ſic exiſtere. Sed que a virtute ꝓficiſcunt: nõ ſatis eſt: ſi ipſa iuſte quodãmodo ſe hñt ⁊ modeſte agant. ſed ſi agens ita egerit. p̃mo ſi ſciens. Scdo ſi eligens. ⁊ eligens ꝓpter ipſa. Tertio ſi certo ⁊ imobili iudicio agat. Ad ceteras vero artes habendas: nihil hoꝝ requiritur preterq̃ ſcientia. At in virtutibus ſcire ipſum: paruʒ eſt: aut nihil. Uſus vero atqʒ exercere plurimum: imo totum valet. Utpote que ex frequenti actione iuſtoꝝ modeſtoꝝumqʒ proueniat. Le. are.

¶ Preterea nec ſimile in artibus ⁊ in virtutibus eſt. Nã ea que ab artibus fiunt: bonũ ipſum in ſeipſis habent. Sufficit igit: ſi ipſa aliquo modo ſeſe habẽtia fiant. At ea que a virtutibus prodeunt nõ iuſte aut temperate agunt: ſi ſint iuſta aut temperata. Sed ſi ⁊ agens ſic ſeſe habens agat. Primo qdem ſi ſciens. Deinde ſi eligens ⁊ eligens: ꝓpter ipſa. Tertio ſi firmo aĩo ac imutabili agat. Hec auteʒ ad habitus qdem ceteros habẽdos non reqruntur p̃ter ipſum ſcire. Ad virtutes aũt ſcire qdem parum aut nihil põt. Cetera vero nõ parum ſed totũ poſſunt. Que qdem ⁊ ex eo q2 perſepe res iuſte temperateqʒ aguntur proueniunt. Argir.

S. Tho.

¶ Ponit 2ᵐ ſolonẽ. Circa quã duo facit. Primo ſterimit ſilitudinẽ artiũ ad ṽtutẽ. Scðo ꝯcludit ſolonẽ. ibi. (Res
Diſſilitudo inter artẽ ⁊ virtutem. gdẽ igiť iuſte ⁊c̃.) ¶ Dicit ergo pmo ꝙ nõ eſt ſile in artibus ⁊ virtutib⁹. Quia opa que fiunt ab artib⁹ bñt in ſeipſis ꝙ ptinet ad bñ eẽ artis. Cui⁹ rõ eſt: qꝛ rõ eſt ars recta factibi
Ars. Lec. 3. Factio. lium: vt dicet in. 6. hui⁹. Facere aũt eſt opatio trãſiẽs in exterioꝛẽ mãm. Talis aũt actio eſt pfectio facti. Et iõ in hꝫ actionib⁹ bonum ꝯſiſtit in ipſo facto. Et iõ ad bonũ artis ſufficit ꝙ ea que fiunt bene ſe hñãt. Sed ṽtutes ſunt prĩ
Virtus. actionũ: que nõ trãſeũt in exterioꝛẽ mãm: ſ; manẽt in ipſis agẽtib⁹. Unñ tales actiones ſũt pfectiones agẽtiũ. Et ideo bonũ haꝝ actionũ in ipſis agẽtib⁹ ꝯſiſtit. Et iõ dicit ꝙ ad h ꝙ aliq̃ fiãt iuſte vel tẽperate nõ ſufficit ꝙ opa que fiunt bñ ſe hñãt: ſed reqriť ꝙ operans debito mõ opeť. In quo
Primũ virtutis conditio. mõ tria dicit eẽ attẽdenda. Quoꝝ pᵐ ptinet ad itellectũ ſiue ad rõnẽ: vt. ſ. qui facit opus ṽtutis nõ opeť ex ignoꝛãtia vel a caſu: ſed ſciat qd faciat. Scðm accipiť ex pte virtutis appetitiue. In quo duo attẽdunť. Quoꝝ vnũ eſt: vt non opeť ex paſſione: puta cũ facit ex timoꝛe aliqꝺ opus virtutis: ſed opereť ex electione: ita ꝙ electio opis virtuoſi nõ ſit ꝑpter aliqd aliud: ſicut cũ aliqs opať opus ṽtutis ꝑpter lucrũ: vel ꝑpter inanẽ gloꝛiã. S; ſit ꝑpter h. ſ. ꝑpť ipm opus ṽtutis qꝺ ſcðm ſe placet ei qui hꝫ habitum ṽtutis tanq̃ ei ꝯueniẽs. Tertiũ aũt accipiť ſcðm rõnẽ habit⁹: vt. ſ.
Tertia. aliqs firme. i. ꝯſtãter q̃ntum ad ſeipm imobiliť: id eſt a nullo exterioꝛi ab h remoueať: qui hñãt electionẽ ṽtuoſam ⁊ opeť ſcðm eã. Ad artes aũt nõ reqriť niſi pmũ hoꝝ: qꝺ eſt
Qꝛ ad artem ſufficit ſcia: q̃ tñ parũ pficit ad ṽtutẽ. Alio acquirũť ea in q̃bus ꝯſiſtit rõ ṽtutis. ſcire. Põt. n. aliqs eẽ bonus artifex etiã ſi nunq̃ eligat opari ſcðm artẽ: vel ſi nõ pſeueret in ſuo ope. Sed ſcia paruũ vel nullũ hꝫ momẽtũ ad h ꝙ hõ ſit ṽtuoſus. Sed totũ ꝯſiſtit in aliis. Que qdẽ adueniũt hoi ex frequẽti opatione virtuoſa. Et ſic imobiliť ſe hꝫ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Res qdem igitur iuſte ⁊ temperate dicũtur quando ſunt tales quales vtiq; iuſtus ⁊ temperatus operabitur. Juſtus autem ⁊ tẽperatus eſt non qui hec operatur: ſed qui vt iuſti ⁊ temperati operantur.

Le. are. ¶ Res enim tũc iuſta ⁊ modeſta dĩ: qñ talis eſt: qualem iuſtus ⁊ modeſtus ageret. Juſtus aũt ⁊ modeſtus eſt: non q hec agit: ſed qui ſic agit vt iuſti ⁊ modeſti agunt.

Argir. ¶ Res igitur iuſte tẽperateq; dicunť: cum ſunt tales q̃les vir iuſtus ageret aut tẽpatus. Juſtus aũt ac tẽperatus eſt nõ is q hec agit: ſ; qui ſic ẽt agit vt iuſti tẽperatiq; agũt.

S. Tho.

Scða ꝑs ſolo. ¶ Concludit ſolonẽ pdicte dubitationis. Et dicit ꝙ res q̃ fiunt dicunť iuſte ⁊ tẽperate: que ſunt ſiles illis q̃s iuſtus ⁊ tẽperatus opať: ſed nõ opꝫ ꝙ quicũq; hec opať ſit iuſt⁹ ⁊ tẽperatus: ſ; ille qui ſic ea opať: ſicut opanť iuſti ⁊ tẽperati. ſ. ſcðm tria pmiſſa dĩ iuſtus ⁊ tẽperat⁹. Sic igiť hoies p operanť iuſta ⁊ tẽperata nõ eodẽ mõ quo iuſti ⁊ tẽperati
Dubitatiõ Solutio. vtunť ⁊ ex talib⁹ opationib⁹ cauſať habit⁹. Si q̃s aũt queraẗ q̃liter eſt poſſ: cũ nihil reducať ſe de potẽtia in actũ. Dicendũ eſt ꝙ pfectio ṽtutis moralis: de qua nunc loquimur: ꝯſiſtit in h ꝙ appetit⁹ reguleť ſcðm rõnẽ. Prima aũt rõnis pn̄ ſunt nãliť nobis indita: ita in opatiuis: ſicut in ſpeculatiuis. Et ideo ſicut p pncipia pcognita facit aliqs inueniendo ſe ſciẽtem in actu ita agẽda ſcðm pncipia rõnis practice
Mõ aliquis poſſit ſe facẽ virtuoſum. facit aliqs ſe ṽtuoſum in actu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Bene igitur dicitur quoniã ex iuſta operari iuſtus fit ⁊ ex temperata tẽperatus. Ex non operari autẽ hec: nullus vtiq; neq; curabit fieri bonus.

¶ Bene ergo dicitur: quod quis iuſta agendo iuſtus fit: ⁊ modeſta modeſtus. non agendo autem: nullus vt bonus fit ne curare quidem videtur. Le. are

¶ Recte igiť dĩ iuſtum fieri agentem iuſta, ⁊ tẽperatum ẽt tẽperata. Qui ꝟo hec nõ agit nunq̃ euaſurus eſt bon⁹. Argir.

S. Tho.

¶ Concludit intẽtionem pncipalr intẽtam. Et pmo ꝯcludit ꝓpoſitum. Scðo arguit quoꝛũdam erroꝛem. ibi. (Sed multi qdem ⁊c̃.) Concludit ergo pmo ꝙ bene ſupꝛa dictum Concluſio intenta. eſt. ꝙ homo fit iuſtus ex eo ꝙ iuſta operať. ⁊ temperatus qꝛ tẽperata. Qui aũt non operatur nec ſtudium apponit nunq̃ fiet bonus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed multi hec qdem non operãtur. Ad rationem aũt fugientes exiſtimant philoſophari. ⁊ ſic foꝛe ſtudioſos ⁊ ſimile aliquid facientes laboꝛantibus qui medicos audiunt quidem ſtudioſe: faciunt autem nihil hoꝛũ que precepta ſunt. Queadmodum igitur neq; illi bene hẽbũt coꝛp⁹ ita curati neq; iſti animam ita philoſophantes.

¶ Sed pleriq; nõ ita faciunt. Uerũ ad ṽba diſputationẽq; ꝯuerſi putant ſe phari atq; ita viros bonos fieri: egrotos imitati qui ṽba medicoꝝ audiunt qdẽ diligẽter. faciunt aũt nihil ex his que ſibi pcepta ſunt. Ut ergo illoꝝ coꝛpib⁹ nõ bñ erit: qui ita curanť: ſic nec illoꝝ aĩe qui ita phanť. Le. are.

¶ Uerũ pleriq; hec qdẽ non agunt. Ad ſermones aũt ꝯfugiẽtes ſeſe phari putant: ⁊ ſtudioſos h foꝛe mõ. Atq; ꝑinde vt egroti faciũt: q medicos qdẽ diligẽter audiũt: nihil aũt eoꝝ agũt que pcipiunť ab illis. Ut igiť illis coꝛp⁹ non bñ ſeſe hẽbit ſi ita curãť ſic nec his aĩus plane ſi ita phanť. Argir.

S. Tho.

¶ Arguit quoꝛũdam erroꝛẽ qui nõ opanť opa ṽtutis: ſed ꝯfugiendo ad rõcinandum de ṽtutib⁹ eſtimant ſe fieri bonos philoſophãdo. Quos dicit eſſe ſiles ifirmis: qui ſollicite audiũt ea que dicunť ſibi a medicis: ſed nihil faciunt eoꝝ que ſibi precipiuntur. Ita enim ſe habet pħia ad curationem aĩe: ſicut medicina ad curationem coꝛpis. Unde ſicut illi qui audiunt precepta medicoꝝ ⁊ nõ faciunt: nunq̃ erũt bene diſpoſiti ſcðm coꝛp⁹: ita neq; illi qui audiũt documẽta moꝛalium philoſophoꝝ ⁊ non faciunt ea: nunq̃ habebunt animam bene diſpoſitam. Cõtra eos q audiũt pcepta moꝛaliũ philoſophoꝝ ⁊ ea nõ ſeruant.

Lectio. v.

Poſt hec aũt qd ẽ virtus ſcrutãdũ. Quia igitur que in aĩa fiunt tria ſunt: paſſiones potẽtie: ⁊ habit⁹: hoꝝ aliqꝺ vtiq; erit virtus.

¶ Poſt hec autem quid ſit virtus conſiderandum eſt. Cũ igitur tria ſint que in animo fiunt affectus. potentia. habitus. hoꝛum certe aliquid virtus erit. Le. are.

¶ Poſt hec quidnã ſit ipſa virtus conſideremus opoꝛtet. Cum igitur tria ſint que fiunt in anima. Affectus. Potẽtie. Habitus. Hoꝛum aliqd ipſam virtutem eſſe neceẽ eſt. Argir.

S. Tho.

¶ Poſtq̃ phs determinauit de cauſa ṽtutis. Hic incipit inquirere qd ſit virtus. Et diuidiť in partes duas. In pᵒ oſtẽdit qd ſit virtus. In ſcða determinat de oppoſitione virtutis ad vitium. ibi. (Tribus aũt diſpoſitionib⁹ ⁊c̃.) ¶ Pri- Le. 10.
ma aũt pars diuidiť in partes duas. ¶ In pma determinat qd eſt virtus in gñali. In ſcða manifeſtat diffinitionẽ aſſignatã in ſingulis virtutib⁹. ibi. (Opoꝛtet aũt non ſolũ Le. 8.
vñr dici.) ¶ Prima autẽ diuidiť in partes duas. In pma inueſtigat diffinitionẽ virtutis. In ſcða ꝯcludit diffinitio-

Le. ī. non.ibi.(Eſt ergo virtus habit' ꝛc̄.) ❡ Circa ꝑmũ duo facit. Primo inueſtigat genus virtutis. Scḋo differentiam eius.ibi.(Opꝫ aũt nõ ſolũ ꝛc̄.) ❡ Inueſtigat aũt genus
Le. ā. virtutis per viā diuiſionis. Uñ circa ꝑmum tria facit. Primo ꝓponit diuiſionē. Scḋo exponit mēbra eius.ibi.(Dico aũt paſſiones qdem igit̄ ꝛc̄.) Tertio ex diuiſione poſita argumentat̄.ibi paſſiones. ❡ Dicit ergo ꝑmo ꝙ ad ꝑſcrutādum qd eſt virtus opꝫ aſſumere ꝙ tria ſunt in aīa: ſcꝫ paſſiones: potētie: ꝛ habitus. Quoꝝ alteꝝ neceſſe eſt eſſe virtutē. Dixit.n. ſupra ꝙ virtus eſt ꝓncipium quarūdam opationū aīe. Nihil aũt eſt in aīa. qḋ ſit opationis ꝓn̄ nĩſi aliqḋ hoꝝ triū. Videt̄.n. hõ aliqñ agere ex paſſione: puta ex ira. Qñqꝫ v̄o ex habitu: ſicut ille qui operat̄ ex arte. Qñqꝫ v̄o ex nuda potētia: ſicut qñ homo icipit ꝑmo operari. Ex quo pꝫ ꝙ ſub hac diuiſione nõ cõpꝛehenduntur abſolute oīa que ſunt in aīa: qꝛ eſſentia aīe nihil hoꝝ eſt: nec ēt opatio intelligibilis: ſed ſolum hic tangunt̄ illa que ſunt ꝓncipia alicuius actionis. ❡ Deinde cum dicit.

Diſio eoꝝ q̄ ſūt ī aīa. que ſūt ꝓ̄ncipia ali cui' actiōis

❡ Dico aũt paſſiones quidem: concupiſcentiam: iram: timoꝛem: audaciam: inuidiam: gaudium: amicitiam: odium: deſiderium: ȝelum: miſericoꝛdiam: ꝛ vniuerſaliter quibus ſequitur delectatio vel triſtitia.

Le. are. ❡ Affectus qdē voco: cupiditatē: iram: metũ: audaciā: inuidiam: letitiam: amoꝛē: odiũ: deſideriũ: emulationē: miſericoꝛdiam: ꝛ vl̄r illa que voluptas aut moleſtia ſeqt̄ur.

Argir. ❡ Atqꝫ affectus qdem voco: cupiditatē: iram: metũ: fiduciam: inuidiam: gaudiũ: amicitiā: odiũ: deſideriũ: emulationē: miſericoꝛdiā. Ea oīno q̄ voluptas comitat̄ aut doloꝛ.

S. Tho.

❡ Manifeſtat membꝛa ꝑdicte diuiſionis. Et ꝑ manifeſtat que ſunt paſſiones. Scḋo que ſunt potētie.ibi.(Potētias aũt ꝛc̄.) Tertio qui ſunt habit'.ibi.(Habitus autem ſm̄ quos ꝛc̄.) ❡ Circa ꝑ̄ ꝯſiderandum eſt: ꝙ ſm̄ vegetabilē aīam nõ dicunt̄ paſſiones aīe: eo ꝙ vires huius partis aīe nõ ſunt paſſiue: ſed actiue tñ in parte ſenſitiua ꝛ ꝙ itellectiua. Vires ēt appꝛ̄hēſiue ꝛ appetitiue ſũt paſſiue ꝑter intellectũ agētē. Et q̄uis ſentire ꝛ intelligē ſit pati qḋdam: nõ tñ dicunt̄ paſſiones aīe ſm̄ appꝛehēſionem ſenſus vel itellectus: ſed ſolũ ſm̄ appetitũ. Quia opatio potētie appꝛehenſiue eſt ſm̄ ꝙ res appꝛehenſa eſt in appꝛehendēte per modũ appꝛehendentis. Et ſic res appꝛ̄henſa quodāmodo trahit̄ ad cõpꝛehendētem. Opatio aũt potētie appetitiue eſt ſm̄ ꝙ appetēs inclinat̄ ad appetibile. Et qꝛ de rõne paſſionis eſt ꝙ trahat̄ ab agente: ꝛ non ecõuerſo. inde eſt ꝙ opationes potētiaꝝ appꝛehēſiuaꝝ non dicunt̄ ꝓꝑie paſſiones: ſed ſolũ opationes potentiaꝝ appetitiuaꝝ. Inter quas etiam opatio appetitus itellectiui non ꝓꝑie dr̄ paſſio: tũ qꝛ non eſt ſm̄ trāſmutationē organi coꝛpalis. Que reqrit̄ ad rõnē paſſionis ꝓꝑie dicte: tum qꝛ ēt ſm̄ opationem appetitus intellectiui qui eſt voluntas: hõ non agitur tanq̄ꝫ patiens: ſꝫ potius ſeipm̄ agit tanq̄ꝫ dñs ſui actus exiſtens. Relinqtur ergo ꝙ paſſiones ꝓꝑie dicant̄ operationes appetitus ſenſitiui: que ſunt ſm̄ trāſmutationē organi coꝛpalis: ꝛ qbus homo quodāmodo ducit̄. Appetitus aũt ſenſitiuus diuidit̄ in duas vires. ſ. in ꝯcupiſcibilē: qui reſpicit abſolute bonũ ſenſibile: qḋ. ſ. eſt delectabile ſm̄ ſenſum: ꝛ malũ ei ꝯ̄rium: ꝛ iraſcibilē qui reſpicit bonum ſub rõne cuiuſdā altitudinis: ſicut victoria dr̄ eſſe qḋdam bonum: q̄uis nõ ſit cũ delectatione ſenſus. Sic igit̄ quecūqꝫ paſſiones reſpiciunt bonũ vel malũ abſolute ſunt in ꝯcupiſcibili. Quaꝛũ quedam ſunt reſpectu boni ꝛ ſunt tres. Amoꝛ qui impoꝛtat quādā cõnaturalitatē appetitus ad bonũ amatũ. Et deſiderium qḋ ipoꝛtat motũ appetitus in bonum amatũ. Et delectatio: que impoꝛtat quietē appetitus in bono amato. Quibus opponunt̄ in oꝛdine ad malũ. ſ. Odiũ amoꝛi. Auerſio ſiue fuga deſiderio. Et triſtitia delectationi. Ille v̄o paſſiones que reſpiciunt bonũ vel malũ ſub rõne cuiuſdā ardui: ꝑtinēt ad iraſcibile: ſicut timoꝛ ꝛ audacia reſpectu mali. Spes ꝛ deſpatio reſpectu boni. Quintũ eſt ira: que eſt paſſio cõpoſita: vnde nec cõtrarium hēt. Et ideo enumerādo paſſiones dicit: ꝙ paſſiones ſunt ꝯcupiſcētia: quā nominam' deſideriũ: ꝛ ira ꝛ timoꝛ ꝛ audacia ꝛ inuidia: que ꝯtinet̄ ſub triſtitia: ꝛ gaudiũ: qḋ ꝯtinet̄ ſub delectatione. Eſt.n. delectatio non coꝛpalis: ſed iterioꝛi appꝛ̄henſione ꝯſiſtens: ꝛ amicitia ꝛ odium ꝛ deſiderium. Qḋ differt a ꝯcupiſcentia: eo ꝙ ꝯcupiſcentia eſt delectationis coꝛpalis. Deſideriũ aũt cuiuſlibet alterius delectabilis. Addit aũt ȝelum ꝛ miſericoꝛdiam: que ſunt ſpēs triſtitie. Nam miſericoꝛdia eſt triſtitia de malis alienis: ȝelus autē eſt triſtitia de b ꝙ homo deficit ab his que aliĩ habent. Addit aũt ꝙ vl̄r ad oīa pꝛedicta ſequit̄ delectatio ꝛ triſtitia: qꝛ oīa alia impoꝛtant motus quoſdā in bonum ꝛ malum: ex quoꝝ ſupuentu cauſat̄ delectatio vl̄ triſtitia. Unde omnes alie paſſiones terminantur ad delectationem ꝛ triſtitiam. ❡ Deinde cum dicit.

De paſſio nib' aīe. Ea q̄ꝫ ſo/ nes pti ne getatiue ſi ūir paſſio nes. Ea q̄ꝫ ſo/ nes poten tia cogno ſcitiuaꝝ nõ dicunt̄ paſ ſiones. Ea q̄ꝫ ſo/ nes appeti tus itelle ctiui nõ di cunt̄ paſſio nes. Ea paſſio nes dicit̄ opõnes ap petit' ſenſi tiui. Appetit' ſenſitiuus duplex. Paſſiões ꝑtinētes ad appetitũ ꝯcupiſcibi lem. Amoꝛ.

odiũ: deſi derium: ſa pit: delecta tio: triſti tia. Paſſiões ꝑtinētes ad iraſcibi lem. Timoꝛ au dacia: ſpes deſpatio. Ira. De gau dio. Diſia iter deſideriũ ꝛ ꝯcupiſ. Inuidia. Zelus.

❡ Potentias aũt ſm̄ quas paſſibiles hoꝛũ dicimur: puta ſm̄ quas potentes iraſci vel triſtari vel miſereri.

❡ Potentias aũt voco ſm̄ quas illas ſuſcipe apti ſum'. Ueluti ſm̄ q̄s poſſumus iraſci: aut dolere: aut miſereri. Le. are.

❡ Potētias autem eas quibus ad hos affectus ſuſcipiendos idonei dicimur eſſe: vt quib' dolere poſſumus: vel iraſci: vel miſereri. Argir.

S. Tho.

❡ Manifeſtat q̄ ſunt potētie nõ qdē in gñali: ſꝫ circa mãm moꝛalē ſm̄ dñiam ad paſſiones. Dicit.n. ꝙ potētie dicunt̄ ſm̄ q̄s dicimur paſſibiles ꝑdictaꝝ paſſionũ. i. potētes pati paſſiones ꝑdictas. Puta potētia iraſcibilis eſt ſm̄ quā poſſumus iraſci. Potētia aũt ꝯcupiſcibilis eſt ſm̄ quā poſſumus triſtari vel miſereri. ❡ Deinde cum dicit.

De poten tijs aīe ꝑ ut ꝑtinent ad moꝛalē materiã.

❡ Habitus aũt ſm̄ quos ad paſſiones habemus bene vel male. Puta ad iraſci: ſiqdem vehemēter vel remiſſe male hēmus. Si aũt medie bñ. Similiter autem ꝛ ad omnia.

❡ Habitus aũt per quos bene vel male ad affectus nos habemus. Ueluti ad iraſcēdum: ſi vehementer aut remiſſe: male: ſi mediocriter bene. Eodem modo ꝛ circa alia. Le. are.

❡ At habitus eos q̄b' bñ vel male nos ad affect' ipſos habem': vt ad iraſcēdũ ſi vehemēter aut remiſſe ſim' diſpoſiti: male hēm': ſi mediocrit̄ bñ: ꝛ ad ceteros affect' ſilĩ mõ. Argir.

S. Tho.

❡ Manifeſtat qui ſint habitus: ꝛ hoc ēt nõ in gñali ſed in mã moꝛali per cõparationē ad paſſiones. Et dicit ꝙ habitus dicunt̄ ſm̄ quos nos hēm' paſſiones bñ vel male. Habitus eſt.n. diſpoſitio quedā determinās potētiam per cõparationē ad aliqd. Que qdē determinatio ſi ſit ſm̄ qḋ ꝯuenit nature rei: erit habit' bonus diſponēs ad hoc ꝙ aliquid fiat bene. Alioqn eſt habit' malus: ꝛ ſm̄ ipm̄ aliqd fiet male. Et exēplificat ꝙ ſm̄ aliquem habitũ habemus nos vt iraſcamur vel male ſi hoc fiat vehemēter vel remiſſe. i. ſm̄ ſupabundantiam aut defectũ: vel bene ſi hoc fiat medio modo. ❡ Deinde cum dicit.

De hītib' in mã mo rali. Nota.

❡ Paſſiones qdē igitur non ſunt neqꝫ virtutes neqꝫ malitie. Qm̄ neqꝫ dicimur ſꝫ paſſiones ſtudioſi vel praui. Scḋm autē virtutem vel malitiam dicimur.

S. Tho.

¶ Post𝑞̃ phs oſtendit qd ſit genus virtutis. hic inquirit que ſit ꝓpria differentia eius. Et primo proponit qḋ intẽdit. Et dicit ꝙ ad hoc ꝙ ſciatur qd eſt virtus: oportet non ſolum dicere ꝙ ſit habitus per quem innoteſcit genus eius: ſed etiam qualis habitus ſit: per quod manifeſtatur differentia eius. ¶ Secundo ibi.

¶ Dicendum igitur quoniã virtus omnis cuius vtiq̄ fuerit virtus ⁊ id bene habens perficit: ⁊ opus eius bene reddit. Puta oculi virtus ⁊ oculum ſtudioſum facit ⁊ opus eius. Oculi enim virtute bene videmus. Similiter ⁊ equi virtus equum ſtudioſum facit: ⁊ bonũ ad currendum. ⁊ ferẽdum aſcenſorem: ⁊ expectandum bellatorez. Si itaq̄z hec in omnib⁹ ita habet ⁊ hominis virtus erit vtiq̄z habitus ex quo bonus homo fit: Le. are. ⁊ a quo bene opus ſuum reddit.

¶ Eſt ergo dicẽdum: qḋ omnis virtus ⁊ illud ipſum cuius virtus eſt ſe bene habens perficit ⁊ opus eius bene reddit. Ut ecce virtus oculi: ⁊ oculũ ſtudioſum facit ⁊ opus eius. Uirtute enim oculi bñ videmus. eodẽq̄ modo virt⁹ equi equum ipſuz ſtudioſum facit ⁊ bonũ ad currendum portandũq̄ equitem ⁊ expectandum hoſtes. Si ergo hoc eodem mõ in oībus ſe habet: ⁊ virtus certe hoīs habit⁹ erit: Argir. ex quo bonus vir fit: ⁊ ex quo ſuum opus bene reddit.

¶ Dicendum eſt igit̃ oẽm virtutem ⁊ idipſum cuius eſt virtus bene ſeſe habere facere: ⁊ opus ipſius reddere bñ. Oculi nãq̄ virtus: ⁊ oculũ ⁊ op⁹ ipſius ſtudioſum facit. Quippe cum videamus ṽtute oculi bene. Uirtus itidẽ equi ſtudioſum efficit equum ⁊ bonuz ad currẽdum portandũq̄ eq̄tem ⁊ expectandũ etiam hoſtẽ. Quod ſi idipm̃ ita ſeſe habet in omnibus: ⁊ virtus ipſius etiaz hominis habitus is erit a quo bonus efficitur homo: ⁊ quo bene ſuuz opus ipſe reddet efficietq̄.

S. Tho.

¶ Manifeſtat ꝓpoſitũ. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat in cõi quãdam ꝯditionẽ virtutis. Scḋo ex illa cõ-Conditio virt[?]ditione virtutis manifeſtat ꝓpriaz dr̃iam eius. ibi. (Qualiter aũt ⁊c̃.) ¶ Dicit ergo ꝑmo ꝙ oīs virtus ſubiectũ cuius eſt facit bene hẽre: ⁊ opus eius bene ſe habens. Sicut Uirt⁹ ocli virtus oculi eſt per quã ⁊ oculus eſt bonus: ⁊ per quã bene Uirt⁹ equi videmus: qḋ eſt ꝓprium opus oculi. Similr̃ etiam virtus equi eſt que facit equum bonũ: ⁊ per quam equus bñ operatur opus ſuũ qḋ eſt velociter currẽ: ⁊ ſuauiter ferre aſcẽſorem: ⁊ audacter expectare bellatores. Et huius rõ eſt: q2 virtus alicuius rei attendit̃ ꝑm vltimũ qḋ põt. puta in eo ꝙ põt ferre cẽtum libras. virtus eius determinat̃ non ex hoc Tc. 116. ꝙ fert quinquaginta: ſed ex hoc ꝙ cẽtum: vt dr̃ ꝑ celi. Ultimum aũt ad qḋ potentia alicuius rei ſe extendit eſt bonũ opus. Et ideo ad ṽtutẽ cuiuſlibet rei ꝑtinet ꝙ reddat bonum opus. Et q2 ꝑfecta opatio nõ procedit: niſi a ꝑfecto agente. ꝯñs eſt ꝙ ꝑm virtutẽ ꝓpriam vnaqueq̄ res ⁊ bo-Uirt⁹ hoīs na ſit: ⁊ bene opet̃. Et ſi hoc eſt veruz in oībus aliis: vt per exẽpla iam patuit ſequit̃ ꝙ virtus hoīs erit habitus qdã. vt ſupra dictum eſt. ex quo homo fit bonus: formaliter loquendo: ſicut albedine fit aliquis albus: ⁊ per quem aliquis bene operatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qualiter autem hoc erit iam quidem di-Le. are. ximus.

Argir. ¶ Quomodo autem id erit iam dictum eſt.

¶ Quomodo aũt id erit ⁊ antea quidem diximus.

S. Tho.

¶ Scḋm ꝑmiſſam conditionez virtutis inquirit dr̃iam ꝓpriam virtutis. Et hoc tripl'r. Primo qdem ꝑm ꝓprietatẽ opationuz. Scḋo ꝑm naturam virtutis. ibi. (Adhuc aũt ⁊ hoc erit ⁊ manifeſtũ ⁊c̃.) Tertio ꝑm ꝓpriam rõnem bo-Le. 5. ni vel mali. ibi. (Adhuc peccare qdẽ ⁊c̃.) ¶ Dicit ꝑ ꝑmo Le. 6. ꝙ qualr̃ homo fiat bonus: ⁊ qualr̃ bene operet̃: iam ſupra dcm̃ eſt. Dictũ eſt. n. ſupra ꝙ ꝑ opationes que ſunt in medio efficimur boni ꝑm vnãquãq̄ ṽtutẽ. Et effecti boni ſimiles opõnes opamur. Relinq̄tur ꝑ ſi virtus eſt que facit hoīem bonũ ⁊ bñ operãtẽ ꝙ ſit in medio. ¶ Deīde cũ dic̃.

¶ Adhuc aũt ⁊ hoc erit manifeſtum ſi ſpeculati fuerimus qualis quidem eſt natura ipſius. In omni itaq̄ continuo ⁊ diuiſibili eſt accipere. hoc autem plus: hoc quidem minus: hoc ṽo equale. Et hoc vel ꝑm ipſam rem vel ad nos. Equale autem mediũ quidem eſt ſuperabũdantie ⁊ defectus. Le. are.

¶ Preterea ⁊ hoc modo patebit: ſi inſpiciamus qualis ſit eius nã. Nempe in oī continuo ac diuiſibili: ⁊ plus ⁊ min⁹ ⁊ equale capi põt: ⁊ hoc aut reſpectu rei: aut noſtri. Equale ṽo medium qd eſt inter defectum ⁊ exceſſum. Argir.

¶ Et nũc etiaz magis patebit ſi contẽplabimur qualis nã ſit ipſius virtutis natura. In omni itaq̄ re ꝯtinua diuiſibiliq̄ aliud plus: aliud minus: aliud equale: vel ex parte ipſius rei: vel reſpectu noſtri accipi poteſt. Equale aũtẽ medium eſt quoddam inter exuperationem atq̄ defectum.

S. Tho.

¶ Probat idez per nãm virtutis ⁊c̃. Et circa hoc tria facit. Primo ꝑmittit quedam que ſunt neceſſaria ad ꝓpoſitum oſtendendum. Scḋo concludit ꝓpoſitum. ibi. (Si itaq̄ omnis ſcientia ⁊c̃.) Tertio exponit ꝯcluſionez. ibi. (Dico autẽ moralem ⁊c̃.) ¶ Circa ꝑmum duo facit. Primo ꝓponit ea que ſunt neceſſaria ad ꝓpoſitum oſtendendum. Q2 in q̄͂ diuiſibili ꝑt Scḋo manifeſtat qḋ dixerat. ibi. (Dico vtiq̄ ⁊c̃.) ¶ Dicit ergo ꝑmo. ꝙ adhuc magis manifeſtũ erit qualiter ef-accipi plus ficiamur boni ⁊ bene operantes: ſi cõſideremus qualis ſit ⁊ minus ⁊ natura virtutis. Ad cuius euidẽtiam opz preaccipere ꝙ eq̄le qḋ eſt tria quedã. i. plus ⁊ minus ⁊ equale tam in ꝯtingentibus medium. continuis: q̄͂ etiam in quolibet alio diuiſibili: cõtingit accipe: ſiue diuidatur ꝑm numerum: ſicut omnia diſcreta: ſiue per accidens: puta per intẽtionem ⁊ remiſſionẽ qualitatis in ſubiecto. Hec autez tria ita ſe habent ꝙ equale eſt medium inter plus quod pertinet ad ſupabundantiam: ⁊ Medium minus quod pertinet ad defectum. Et hoc quidem poteſt duplex dupliciter accipi. Uno modo ꝑm abſolutam quantitatez rei. Alio mõ ꝑm ꝓportionẽ eius ad nos. ¶ Deīde cũ dicit.

¶ Dico vtiq̄ rei quidem medium quod eq̄liter diſtat ab vtroq̄ extremorum: quod eſt vnum ⁊ idem in omnibus. Ad nos autem quod neq̄ abundat neq̄ deficit. Hoc autez neq̄ vnum neq̄ idem omnibus.

¶ Dico autem mediũ rei quod equaliter diſtat ab vtroq̄ Le. are. extremo: quod eſt vnum ⁊ idem in omnib⁹. Reſpectu autem noſtri quod neq̄ excedit: neq̄ deficit. Hoc autẽ neq̄ vnum neq̄ idem omnibus eſt.

¶ Atq̄ rei qdem ipſius medium id eſſe dico: qḋ ab extre-Argir. morum vtroq̄ diſtat. Idq̄ eſt apud omnes vnũ ⁊ idem. Reſpectu autem noſtri quod neq̄ exuperat neq̄ deficit. Idq̄ non eſt apud omnes vnum ⁊ idem.

S. Tho.

¶ Manifeſtat qḋ dixerat de differentia ꝑm rem: ⁊ quo ad

Quid ſit mediū ſm rem.

nos. Et primo per rationē. Secundo per exempla. ibi, (Puta ſi ⁊c̃.) ¶ Dicit ergo primo ꝙ medium ſm rem eſt qḋ equaliter diſtat ab vtroqȝ extremoꝝ. Et qꝛ conſiderat ſm quantitatem abſolutam rei idem eſt quo ad oēs. Sed

Quid ſit mediū q̇ ad nos.

medium quo ad nos eſt:qꝛ neqȝ ſuperabundat:neqȝ deficit a debita ꝓportione ad nos. Et propter hoc iſtud mediū non eſt idem quo ad oēs. Sicut ſi accipiat in calceo medium quo ad nos: quod neqȝ excedit menſuram pedis neqȝ deficit. Et quia nō omnes habent eandem quantitatem pedis ⁊c̃. hoc medium non eſt idem quo ad omnes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Puta ſi decem multa. duo aūt pauca: ſex media accipiuntur ſm rem. Equaliter enī excedunt ⁊ exceduntur. Hoc autem mediū eſt ſm ariſmetricam proportionem.

Le. an. ¶ Uelum ſi decem multa. duo pauca. ſex media capiant in re. Equaliter enim excedunt ⁊ exceduntur: hoc medium eſt ſm numeri proportionem.

Argir. ¶ Ut ſi decem ſint multa: ⁊ duo pauca: ſex ipſius rei media capiunt: eque naqȝ excedunt ⁊ exceduntur. Atqȝ hoc in arithmetica cōparatione rōnum medium eſſe conſtat.

S. Tho.

Ex ꝓlanat de medio ſm rem.

¶ Manifeſtat qḋ dixerat per exempla. Et ꝑmo de medio rei qḋ equalr̄ diſtat ab extremis: ſicut ſex media accipiunt inter decē que ſunt multa. ⁊ duo que ſunt pauca: qꝛ equaliter ſex excedunt a decem ⁊ excedunt duo. ſ. in quattuor. Medium aūt qḋ ſic accipitur in numeris ſm equidiſtantiā a duob' extremis dicit eſſe ſm arithmeticam ꝓportionem. Qui ꝯſiderat ipſam numeri quantitatē. Medium autem qḋ accipit ſm equalitatem proportionis quo ad nos dicitur eſſe ſm geometricam proportionem. vt infra

Le. 6. patebit in quinto. ¶ Secundo ibi.

¶ Quo aūt ad nos non ita ſumendū. Non enim alicui ſi decē minas comedere multū. Duas aūt paucum magiſter ſex minas precipiet. Eſt enim forſitan ⁊ hoc multū ſumēti vel paucū. Miloni enim qdem paucum: dominatoꝛi aūt gymnaſioꝝ multum. Similiter ⁊ i curſu ⁊ in paleſtra. Ita vtiqȝ omnis ſciens ſuperabūdantiam fugit: mediū autem querit ⁊ hoc deſiderat. Medium autē non qḋ rei: ſed quo ad nos.

Le. are. ¶ Sed quātum ad nos nō ita capiendum. Nō enim ſi cui decem minas comedere multum eſt: duas aūt parum: magiſter ludi ſex eidem tradet. Eſt enī fortaſſe ⁊ hoc nimiū aut parum illi qui accepturus eſt. Nam miloni paruū: incipienti ꝓo ſe exercere: nimiū. Sic eſt in curſu ⁊ paleſtra. Hoc itaqȝ mō ois ſciens exceſſum vitat atqȝ defectum: medium aūt querit ⁊ digit. mediū ꝓo nō rei: ſ; reſpectu nr̄i.

Argir. ¶ At id qḋ eſt noſtra ex parte medium nō eodem ſumēdū eſt mō. Non enim ſicut decem qdem minas comedere nimium eſt: duas aūt parum: ſex ei minas ludi magiſter precipiat. Eſt enim ⁊ ħ fortaſſe nimiū ei qui accepturus eſt: aut parum. Miloni naqȝ parum. Incipienti ꝓo ſeſe exercere nimiū eſt. Simili mō res ſeſe habet in curſu ac in paleſtra. Hoc igitur modo quiuis artifex exuperationē quidem fugit atqȝ defectū: mediū autē querit ⁊ expetit: non quidem rei: ſed ꝙ ad nos medium dicitur.

S. Tho.

Exempla de medio q̇ ad nos.

¶ Exemplificat de medio. Et dicit ꝙ mediū: qḋ accipit in cōparatione ad nos nō eſt ita ſumēdum. ſ. ſm eqdiſtantiā ab extremis. Et hoc ſatis apparet in exēplo primo poſito de calceo. Nō enim ſi calceus cuius lōgitudo eſt viginti digitoꝝ ſupabūdans eſt. ille aūt qui eſt quattuoꝛ diminutꝰ: ꝓpter ħ opꝫ ꝙ ille qui eſt duodecim digitoꝝ medio mō ſe hēat: ſed forte erit abūdans in cōparatione ad pedē alicuius alterius eſt. Et ħ etiam ipſe exēplificat in cibis. Nā deficies in cōparatione ad pedem comedere. 10. minas. i. 10. menſuras eſt multū: ⁊ comedere duas eſt paucū. ꝓpter ħ magiſter qui dꝫ ordinare de cibis alicuius nō debet precipere ei ꝙ comedat ſex; qꝛ ħ ēt eſt multum in cōparatione ad vnum: vel paucū in cōparatione ad alteꝝ. Eſſet enim

Milo.

paucū ad quēdam qui vocabat Milo: de quo Solinus narrat ꝙ comedebat vnū bouē in die. Sed hoc eēt multū dñatori gymnaſioꝝ: ei qui debeat vincē in ludis gymnaſticis: i. qb' hoies nudi luctabant: ⁊ oportebat eos modicū cibum ſumere: vt eēnt agiliores. Simile eſt de his qui ludūt in ſtadio: ⁊ de his qui ludūt in paleſtra: qui erat qdam ludus exercitatorius apud grecos. Et ita ēt eſt ſm oēm operatiuam ſciam: ꝙ ſciens fugit ſupabūdantiam ⁊ defectū: ⁊ deſiderat inqrere id qḋ eſt medium: nō qdem ſm rem: ſ; in comparatione ad nos. ¶ Deinde cum dicit.

Ois ſcia opatiua q̇rit mediū quo ad nos fugiēs extrema.

¶ Si vtiqȝ omnis ſcientia ſic opus bene perficit ad medium reſpiciens: in hoc ducens opera: vnde conſueuerunt dicere bene habentibus operibus: quoniam neqȝ auferre eſt neqȝ apponere: vt ſuperabundantia quidem ⁊ defectu coꝛrumpente. bene autē medietate ſaluante. boni autem artifices: vt diximus ad ħ reſpicientes operantur. Uirtus autē omni arte certioꝛ ⁊ melioꝛ eſt quēadmodū ⁊ nã: medij vtiqȝ erit cōiectatrix.

¶ Si vtiqȝ ois ſcientia ſic opus bene pficit ad mediū ꝓſpiciens: ⁊ ad hoc opa ſua deducens: vnde dici ꝯſueuit in recte factis: qḋ neqȝ addi neqȝ demi quicq̃ pōt: vtpote exceſſu atqȝ defectu corrūpentib': medio aūt ſeruāte: boni aūt artifices vt diximꝰ ad ħ reſpiciētes faciūt: vtꝰ āt oī arte certioꝛ ac melioꝛ ē: quēadmodū nã: mediū qdē erit ꝯiectatrix. Le. are.

¶ Quod ſi ois ſcientia ſuū hoc mō bñ ꝯficit opus ad mediū ipm̄ reſpiciens ⁊ in hoc ſua redigens opera. Unde ⁊ dici ſolet in ħs que bene ſeſe hñt operib' nec auferri quicq̃ nec addi poſſe: ꝓpterea qȝ bonum ipſum corrumpunt nimium ⁊ parum: mediocritas ꝓo cōſeruat. At boni artifices ad hoc reſpicientes vt diximus operant. Uirtus autē omni arte exactioꝛ eſt ⁊ preſtātioꝛ quēadmodū ⁊ natura. Ipſa profecto virtus mediū ipſius eſt coniectatrix. Argir.

S. Tho.

¶ Ex ꝑmiſſis argumētat in hunc modū. Ois ſcia opatiua bene pficit opus ſuū: ex hoc ꝙ ſm intētionem reſpicit ad mediū: ⁊ ſm executionē opa ſua pducit ad mediū. Et hꝰ ſigna accipi pōt ex ħ ꝙ hoies qn̄ aliqḋ opus bene ſe hꝫ cōſueuerūt dicē: ꝙ nihil eſt addēdum vel minuendū. dantes per hoc intelligē ꝙ ſupabūdantia ⁊ defectꝰ corrūpunt bonitatē opis que ſaluat in medietate. Uñ ⁊ boni artifices: ſicut dictū eſt: operant reſpiciētes ad mediū. Sed virtꝰ eſt certioꝛ oī arte: ⁊ ēt melioꝛ: ſicut ⁊ nã. Uirtus enī moralis agit iclinādo determinate ad vnū: ſicut ⁊ nã. Nā ꝯſuetudo in nãm vertit. Opatio aūt artis eſt ſm rōnē que ſe hēt ad diuerſa. Uñ certioꝛ eſt virtus q̃ ars: ſicut ⁊ nã. Similr̄ etiā virtꝰ eſt melioꝛ q̃ ars: qꝛ p artē eſt hō potens facē bonum opus: nō tñ ex arte eſt ei ꝙ faciat bonū opus: pōt enī prauū opus agere: qꝛ ars nō inclinat ad bonū vſū artis: ſicut grāmaticus pōt incōgrue loqui. Sed p vtutē aliqs nō ſolū pōt bñ opari: ſ; ēt bñ operāt: qꝛ vtus iclinat ad bonam opōnē: ſicut ⁊ nã. Ars aūt ſola facit cognitionē, ſolū

Qz ꝯtꝰ q̇rat mediū.

Qz ars operat ad mediū reſpiciens.

Qz ſuperabūdantia ⁊ defectꝰ corrūpunt bonitatē operis.

Uirtus eſt certioꝛ ⁊ melioꝛ arte.

bone opationis. Unde relinquit a minori φ virtꝰ que eſt melior arte ſit coniectatrix medij. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Dico auté moralem. Hec enim vtiqꝫ erit circa paſſiones ⁊ operationes. In his eniꝫ eſt ſuperabūdantia ⁊ defectus ⁊ medium. Puta ⁊ audere ⁊ timere ⁊ concupiſcere: ⁊ auerti ⁊ iraſci ⁊ miſereri: ⁊ vniuerſalr ⁊ delectari ⁊ triſtari eſt ⁊ magis ⁊ minꝰ. Et vtraqꝫ non bene. Quando aūt oportet ⁊ in quibus ⁊ ad quos ⁊ cuius gratia. ⁊ vt oportet ⁊ mediuꝫ ⁊ optimū qđ eſt in virtute. Similiter auté circa operationes eſt ſuperabūdātia ⁊ defectus ⁊ mediū. Uirtus autem circa paſſiones ⁊ operationes eſt. In quibꝰ quidem ſuperabundantia vitioſa eſt ⁊ defectuſ vituperatur. Mediū aūt laudatur. ⁊ dirigitur. Hec aūt ambo virtutis. Medietas qdā ergo eſt virtus coniectatrix exiſtēs medij.

Le. are. ℭ Loquor auté de morali. Nam ea verſaꝟ circa affectus ⁊ actus. ⁊ in his eſt exceſſus: defectus: ⁊ mediū. Utputa metuere: audere: cupere: iraſci: miſereri: ⁊ vlr letari: ⁊ dolere: magis ⁊ minus: ac vtraqꝫ nō bene: ſed quādo ⁊ in qbus: ⁊ erga quos ⁊ cuius cauſa ⁊ vt opꝫ: medium ⁊ optimū eſt: qđ pfecto eſt in ꝟtute. Eodeꝫ mō in actibus eſt exceſſus ⁊ defectus: ⁊ mediū. Uirtus aūt circa actus ⁊ affectus verſatur: in quibus exceſſus quidem delinquit. defectus ꝟo reprehenditur: medium autem probatur: ⁊ recte perficitur. Sed hec vtraqꝫ virtutis ſunt. Medioeritas ergo quedaꝫ virtus eſt: medij coniectatrix.

Argir. ℭ Loquor aūt de morum virtute. Hec enim circa affectus actuſqꝫ verſaꝟ: in qbus eſt nimium ⁊ parū ⁊ medium. Fit enim vt magis ⁊ minus quiſpiā ⁊ metuat ⁊ confidat ⁊ cupiat ⁊ abhorreat: ⁊ iraſcaꝟ ⁊ miſereaꝟ: ⁊ oīno delectetur ac doleat. Et vtroqꝫ modo nō bene. Et etiā quādo oportet ⁊ p quibus: ⁊ ad quos ⁊ cuius gratia: ⁊ vt oportet. Hoc aūt medium eſt ⁊ optimū: qđ eſt ipſius virtutis. Similiter circa actus nimiū eſt ⁊ parū ⁊ medium. Uirtus aūt circa affectus actuſqꝫ verſaꝟ: in quibus exuperatio quidē peccatum eſt ⁊ defectus vituperaꝟ: medium aūt laudaꝟ ⁊ recte conficiꝟ: quorꝫ vtrūqꝫ virtutis ipſius eſt. Uirtus igiꝟ mediocritas eſt quedā. cum ſit ipſius medij coniectatrix.

S. Tho.

Uirtꝰ moralis ē circa paſſiōes ⁊ opōnes. In paſſiōibus ⁊ opōnibꝰ inueniꝟ ſupabūdātia defectꝰ ⁊ mediuꝫ. ℭ Exponit ꝯcluſionem inductā. Et dicit. Qđ dictuꝫ eſt oꝫ intelligi de ꝟtute morali que eſt circa paſſiones ⁊ opationes: in qbꝰ eſt accipe ſupabūdantiam ⁊ defectū ⁊ mediuꝫ. Et exemplificat ꝓ in paſſionibꝰ. Dicit. n. φ ꝯtingit timere audere ⁊ ꝯcupiſcere ⁊ auerti. i. fugere aliqd ⁊ iraſci ⁊ miſereri: ⁊ vlr delectari ⁊ triſtari magis ⁊ minus q̄ꝫ opꝫ. Quorum vtrūqꝫ nō bn̄ fit. Sed ſi aliqs timeat ⁊ audeat: ⁊ ſic de aliqꝫ que opꝫ: ⁊ in qbꝰ opꝫ: ⁊ ad quos opꝫ: ⁊ cuius gratia opꝫ: ⁊ eo mō quo opꝫ: ꝓ eſt mediū in paſſionibꝰ. Et in hoc ꝯſiſtit optimū virtutis. Excessus ⁊ defectꝰ vituperatur. mediū laudaꝟ ⁊ recte ſe habet. Et ſilr circa opationes eſt ſupabūdantia ⁊ defectꝰ ⁊ mediū. Uirtus aūt moralis circa paſſiones ⁊ opationes eſt: ſicut circa mām ꝓpriā: ita φ in eis ſuperabūdantia eſt vitioſa ⁊ defectꝰ vitupabilis: ſꝫ medium laudaꝟ ⁊ recte ſe hꝫ. Laꝰ ⁊ rectitudo ad ꝟtutem ptinent. Hec aūt duo ad ꝟtutē ptinēt. ſ. rectitudo que opponiꝟ pꝰuerſitati vitioſe: ⁊ laus que opponiꝟ vituperio: que ꝯſequunꝟ ex ꝓmiſs duabꝰ. Et ſic concludit φ Uirtꝰ moralis ē medietasꝰ medij. virtus moralis ⁊ in ſe conſiderata eſt quedam medietas. ⁊ eſt medij ꝯiectatrix: inqꝫtū. ſ. reſpicit mediū ⁊ mediū opaꝟ.

Lectio. vij.

Adhuc peccare qdem multis modis eſt. Malū. n. infiniti vt pythagorici exiſtimauerūt. Bonuꝫ aūt finiti. Dirigere auteꝫ vno modo. Ideoqꝫ hoc qdem facile. Hoc aūt difficile. Facile qdeꝫ non ꝯtingere ſignum: difficile aūt contingere. Et ꝓpter hoc igitur malitie quidem ⁊ ſuperabūdantie defectus. Uirtutis autem medietas. Boni enim qdeꝫ ſimpliciter. Multifarie autem mali. dū coniectatrix.

Le. are. ℭ Ad hec delinquere multifariaꝫ eſt. Nam malum qdem infiniti eſt. Ut pythagorici putant. bonum aūt finiti. recte aūt perficere vnice eſt. Quapropter alterꝫ facile: alterꝫ difficile eſt: facile qdē aberrare. difficile aūt eo ad qđ intēdas potiri. Et ob ꝓ igiꝟ: vitiū eſt exceſſus. ⁊ defectꝰ. ꝟtutis autē mediū. Nā boni qdē ſimplr. multifariam aūt mali.

Argir. ℭ Preterea peccare qdē multis modis ꝯtingit. Malū eniꝫ eſt infiniti vt Pythagorici putant: bonum ꝟo finiti. At recte agere vnice. Quapropter ⁊ alterꝫ facile: alterꝫ difficile eſt. Facile qdē nō attingere ſignū: difficile aūt illud attingere. Et ob hoc igiꝟ nimium qdeꝫ atqꝫ parum vitio aſcribuntur: mediocritas ꝟo virtuti. Uno nāqꝫ modo bonus eſt: multiſqꝫ neſandus.

S. Tho.

ℭ Premiſſis duabꝰ rōnibꝰ. hic ponit phs tertiā. Que ſumiꝟ ex rōne boni ⁊ mali. Et dicit φ multiplr cōtingit peccare: qꝫ malū qđ icludiꝟ in rōne peccati ptinet ad īfinitum ſm pythagoricos: ⁊ bonū ſm eos ptinet ad finitū: p oppoſitū eſt itelligēdū φ recte agere ꝯtingit ſolū vno mō. Hꝫ autē nō accipi pōt ex eo qđ Dionyſius dicit in libro de diui. no. qꝫ bonū ꝯtingit ex vna ⁊ itegra cā: malū aūt ex ſingularibus defectibꝰ. ſicut pꝫ i bono ⁊ malo corpali. Turpitudo eniꝫ que eſt malū corpalis forme ꝯtingit qñcūqꝫ mēbruꝫ indecēter ſe hēat. Sꝫ pulchritudo nō ꝯtingit: niſi oīa mēbra ſint bn̄ ꝓportionata ⁊ colorata. Et ſilr egritudo que eſt malū cōplexionis corpalis ꝓuenit ex ſingulari deordinatione cuiuſlibet humoris. Sed ſanitas eē nō pōt niſi ex debita ꝓportione oiuꝫ humorꝫ. Et ſilr peccatū in actione humana ꝯtingit quecūqꝫ circūſtātiarꝫ inordinate ſe hēat qualitercūqꝫ vel ſm ſupabūdantiā vel ſm defectū. Sꝫ rectitudo eiꝰ nō erit niſi oībꝰ circūſtātijs debito mō ordinatis. Et iō ſicut ſanitas vel pulchritudo ꝯtingit vno mō. egritudo aūt ⁊ turpitudo multis: imo īfinitis modis: ita ēt rectitudo opōnis vno ſolo mō ꝯtingit. peccatū aūt in actiōe ꝯtingit īfinitis modis. Et ide eſt φ peccare eſt facile: quia multiplr ꝓ ꝯtingit. Sed recte agere eſt difficile: qꝫ nō ꝯtingit niſi vno mō. Et poniꝟ exēpluꝫ: qꝫ facile eſt ⁊ recedere a ꝯtactu ſigni. id eſt pūcti ſiue in cētro circuli: ſiue in q̄cūqꝫ alia ſupficie determinate ſignati: qꝫ ꝓ ꝯtingit infinitis modis. Sꝫ tāgere ſignūꝫ eſt difficile: qꝫ ꝯtingit vno ſolo mō. Manifeſtū aūt φ ſupabūdantia ⁊ defectꝰ multiplr ꝯtingunt: ſꝫ medietas vno mō. Un̄ manifeſtū eſt φ ſupabundātia ⁊ defectꝰ ad malitiā: medietas aūt ad ꝟtutē ptinent: qꝫ boni ſunt aliqui ſimplr. i. vno mō: ſed mali ſunt multifarie. i. multiplr: vt dictum eſt. ℭ Deinde cum dicit.

Peccare ꝯtingit multiplr recte agere. vno mō.

Pythagorici.

Dionyſius.

Exemplū ad hoc.

Peccare facile eſt. Recte ꝟo agē difficile.

Exēplum

ℭ Eſt igitur virtus habitus electiuus in medietate exiſtens quo ad nos determinata ratione ⁊ vt vtiqꝫ ſapiens determinabit.

Le. are. ℭ Eſt ꝗ ꝟtus habitus electiuus: i mediocritate ꝯſiſtēs quō ad nos: rōne terminata: ⁊ vt ſapiens terminaret.

Argir. ℭ Eſt igiꝟ ꝟtus habitꝰ electiuus in mediocritate ꝯſiſtēs ea que eſt ad nos definita rōne: ⁊ vt definierit ipſe prudens.

S.Tho.

¶ Cõcludit ex p̄miſſis diffõnē v̄tutis. Et p̄ ponit ipſaȝ diffi nitionē. 2° manifeſtat eaȝ. ibi. (Medietas aūt duaꝝ ⁊c̄.) Tertio excludit errorē. ibi. (Nõ aūt ſuſcipit oīs ⁊c̄.) ¶ In diffõne aūt v̄tutis ponit 4ᵒʳ. Quoꝝ p̄ᵐ eſt genꝰ qḋ tangit cū dicit. q̄ v̄tus eſt habitꝰ: vt ſupra habituȝ eſt. Scḋm eſt actꝰ v̄tutis moralis. Opꝫ. n. habitū diffiniri p̄ actū. Et hoc tāgit cū dicit electiuus. i. ſm̄ electionē: operatiuꝰ. Principale enim v̄tutis eſt electio: vt īfra dicet̃. Et q2 opꝫ actū dete̅rmina ri p̄ obiectū. Jḋ 3° ponit obiectū ſiue t̃minū actõis: in h̄: q̄ dicit exñs in medietate q̄ ad nos. Oñſuȝ eſt. n. ſup̄ q̄ v̄tus īngrit ⁊ opat̃ mediū nõ rei: ſȝ quo ad nos. Dc̄m̄ eſt āt ſiſr q̄ v̄tus moralis eſt in appetitu q̄ p̄ticipat rõnē. Et iḋ opor tuit q̄rtā p̄ticulā apponi: que tāgit cām bonitatis in v̄tute cū dicit. Determinata rõne. Nõ. n. ingrē mediū eſt bonū ni ſi inq̄ntū eſt ſm̄ rõnē determinatā. veꝝ q2 ꝯtingit rõnē eſſe ⁊ rectā ⁊ erroneā: opꝫ v̄tutē ſm̄ rõnē rectā opari: vt ſupra ſuppoſitū eſt. Et ad h̄ explicādū ſubdit. Ut vtiq̄ ſapiens determinabit ⁊c̄. ſ. mediū. Sapiēs aūt hic dr̄ nõ ille q̄ eſt ſa piēs ſimplr̃ q̄ſi cogſcēs altiſſimā cām totiꝰ vniuerſi: ſȝ pru dēs qui eſt ſapiēs reꝝ humanaꝝ: vt īfra in 6° dicet̃. Nā ⁊ in arte edificatoria determīat̃ q̄d bonū ſit fieri ſȝ iudiciū ſapiē tiſ ī arte illa. Et idē eſt in oībꝰ alijs artibꝰ. ¶ Deīde cū dic.

| | |
|---|---|
| Diffinitio virtutis. | |
| Le.a.5. | |
| Le.a.7. | |

¶ Medietas autem duarum malitiaꝝ. Hu ius quidem ſm̄ ſuperabundantiam. Hu ius autem ſm̄ defectum.

Le. are. ¶ Mediocritas autem duorum vitiorum: alterius ſm̄ ex ceſſum: alterius ſm̄ defectum.

Argir. ¶ Mediocritas autem duoꝝ eſt vitioꝝ: vnius per exupe rationem: alterius per defectum.

S.Tho.

Quō v̄tꝰ conſiſtat in medio. ¶ Manifeſtat p̄miſſaȝ diffõnē q̄ntū ad h̄ qḋ dixit v̄tutē in medietate ꝯſiſtere. ¶ Et circa h̄ tria facit. Primo oſtēdit quoꝝ ſit medietas. Scḋo reſpectu cuiꝰ attēdat̃ medietas iſta. ibi. (Et adhuc ⁊c̄.) Tertio ꝯcludit qḋdā correlariuȝ. ibi. (Propt̃ qḋ ſm̄ ſubam ⁊c̄.) ¶ Dicit ḡ p̄ q̄ v̄tus ipſa eſt q̄dā medietas īter duas malitias ⁊ īter duos habitꝰ vitio ſos etꝰ. ſ. q̄ eſt ſm̄ ſupabūdātiā ⁊ eiꝰ q̄ eſt ſm̄ defectū. Sic li beralitas eſt medietas īter p̄digalitatē q̄ v̄git in ſupabun dātiā: ⁊ illiberalitatē q̄ vergit ī auaritiā. ¶ Deīde cū dicit

¶ Et adhuc huic has quidem deficere has autem ſuperabūdare ab eo qḋ oportet ⁊ in paſſionibus ⁊ in operationibus. Uirtutem autem medium inuenire ⁊ eligere.

Le. are. ¶ Et ē q2 alia excedūt: alia deficiūt magis q̄ȝ opꝫ ī affecti bus ⁊ in actibus. Uirtus aūt mediū inuenit atq̄ȝ eligit.

Argir. ¶ Et ex eo etiam q2 illa quidem partim deficiunt: partim exuperant id qḋ oportet ⁊ in affectibus ⁊ in actibus. Uir tus autem medium ipſum ⁊ inuenit ⁊ expetit.

S.Tho.

Quō v̄tꝰ eſt medietas ⁊ opat̃ me dium. ¶ Oñdit reᵐ cuiꝰ attēdit̃ ſupabūdātia ⁊ defectꝰ ⁊ mediū. Et dic̄ adhuc eē ꝯſiderādū q̄ q̄dā malitie p̄ cõparationē ad aliq̄d deficiunt. alie v̄o ſupabūdāt tam in paſſionibꝰ q̄ȝ in opõnibꝰ ab eo. ſ. qḋ opꝫ a q̄ q̄dā deficiūt ⁊ q̄dā ſupabūdāt: Sȝ v̄tus inq̄ntū ſeruat id qḋ opꝫ: dr̄ mediū inuenire p̄ rõnē ⁊ eligē per volūtatē. Et ſic pȝ q̄ v̄tus ipſa eſt medietas: ⁊ īteꝝ mediū opat̃: medietas q̄dē eſt iter duos habitꝰ: ſȝ me dium opat̃ in actionibꝰ ⁊ paſſionibꝰ. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Propter quod ſm̄ ſubſtantiam quidem ⁊ rationem quod quid eſt eſſe dicentem me dietas eſt virtus. Secundum optimum au tem ⁊ bene extremitas.

Le. are. ¶ Quapp̄ ſm̄ ſbām ⁊ rõnē q̄d illa ſit dicētē: mediocritas eſt virtus. ſm̄ v̄o cõmēdationem probitatis ſūmitas.

Argir. ¶ Quapp̄ ipſa v̄tus eēntia q̄dē ⁊ rõne q̄d eſt dicēte medio critas eſt. At optimi reſpectu ⁊ bn̄ ſeſe h̄ñtis extremitas.

S.Tho.

Correlarium. Quō v̄tꝰ eſt ī vno extremo ⁊ vi tiū in alio. ſm̄ rõnes boni. ſm̄ ſpēm v̄o ſbalē. v̄tꝰ ē in medio. ¶ Infert qḋdā correlariū ex dictis. ſ. q̄ v̄tus ſm̄ ſuā ſubaȝ ⁊ ſm̄ rõnē diffinitiuā eſt medietas. Sed inq̄ntū h̄ȝ rõnem optimi in tali gñe: ⁊ bn̄ opantis ſiue diſponentis eſt extre mitas. Ad cuiꝰ euidentiā ꝯſiderādum eſt: q̄ ſicut dc̄m̄ eſt tota bonitas v̄tutis moralis depēdet ex rectitudine rõnis. Un̄ bonū ꝯuenit v̄tuti morali ſm̄ q̄ ſeq̄tur rõnē rectā. ma lum aūt vtriq̄ȝ vitio. ſ. ſupabūdantie ⁊ inq̄ntum recedit a rõne recta. Et ideo ſm̄ rõnem bonitatis ⁊ malitie ambo vi tia ſunt in vno extremo. ſ. in malo qḋ attēdit̃ ſm̄ receſſū a rõne. Uirtus aūt eſt in altero extremo. ſ. in bono: qḋ atten dit̃ ſm̄ ſequelā rõnis. Non tñ ex h̄ virtus ⁊ oppoſita vitia ꝯſequunt̃ ſpēm quā diffinitio ſigt̃. Quia rõ recta ſe h̄ȝ ad appetitū rectū: ſicut motiuū ⁊ regula extrinſeca. Appetitꝰ aūt p̄uerſus p̄ vitiuȝ nõ intēdit a rõne recta deficere: ſȝ pre ter intētionē h̄ ei accidit. per ſe aūt intēdit id in quo ſuper abūdat vel deficit. Qḋ aūt eſt p̄ter intētionē eſt p̄ accñs: id aūt qḋ eſt extrinſecū: ⁊ p̄ accñs nõ ꝯſtituit ſpēm. Sȝ ſpe cies habitꝰ ſumit̃ ſm̄ obiectū in qḋ per ſe tēdit. Scḋȝ obie cta aūt mediū cõpetit v̄tuti: extrema aūt vitijs. Et ideo di xit q̄ ſm̄ rõnem boni virtus eſt in extremo. Sed ſm̄ ſpēm ſubſtantialem eſt in medio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non ſuſcipit autē oīs operatio neq̄ȝ oīs anime paſſio medietatē. Quedam enim cõ feſtiȝ nominata ꝯuoluta ſunt cū malitia: pu ta gaudium de malo ⁊ inuerecundia ⁊ inui dia: ⁊ in operationibꝰ adulterium furtū ho micidium. Hec enim oīa: ⁊ que talia dicunt̃ ſm̄ ſeipſa mala eſſe: ſed non ſuperabundā tie ipſoꝝ neq̄ȝ defectus. Nõ igitur eſt vnq̄ȝ circa hec dirigere: ſed ſemꝑ peccare. Neq̄ȝ eſt bene vel non bene circa talia in eo quod oportet: vt opꝫ ⁊ quando ⁊ quomodo puta adulterari. Sed ſimpliciter facere qḋcunq̄ȝ horum peccatum eſt.

Le. are. ¶ Non tñ oīs actus nec oīs affectꝰ: mediocritatem recipit. Nā ſunt quedā que ſtatim vt noīata ſunt: prauitatē cõne xā h̄ñt. Ut maliuolētia: impudētia: inuidētia. ⁊ in actibꝰ: ſtuprū: furtū: homicidiū. nā cūcta hec ⁊ h̄ꝫ ita dicunt̃: q̄ſi mala ipſa ſint: nõ q̄ſi exceſſus aut defectꝰ ipſoꝝ. Nunq̄ȝ: in illis recte facere datur: ſed ſemper delinquitur. nec in illis eſt q̄ȝ oportet ⁊ quando oportet: ⁊ vt oportet. ſed ſimplici ter in quolibet iſtorum delinquitur.

Argir. ¶ Non aūt oīs actus nec oīs affectus ſuſcipit mediocrita tem. Sunt. n. affectꝰ nõnulli qui ꝯtinuo noīe ſuo ſunt cum prauitate ꝯnexi: vt maliuolētia: vt ipudētia: vt inuidētia. Et actꝰ idēndē: vt adulteriū: furtū: homicidiū. Hec. n. vni uerſa ⁊ talia ita dicunt̃: q2 ipſa ſunt praua: ſȝ nõ exupatio nes ipſoꝝ atq̄ȝ defectꝰ. Circa igit̃ talia nulluȝ eſt tp̄s recte agēdi: ſȝ ſp̄ delinquit̃. Neq̄ȝ fit vt q̄ſq̄ȝ bn̄ vel male talium quicq̄ȝ agat q̄ cū opꝫ ⁊ q̄ñ ⁊ vt opꝫ adulteriū cõmittēdo. Sed ſimplr̃ quicq̄d iſtoꝝ efficiatur delinquitur.

S.Tho.

De paſſionibus ⁊ actionibꝰ in ſuo nomie malitia īplicantibꝰ. ¶ Excludit quēdam errorē. Poſſet enim aliq̄s credē: q̄ ſicut in opationibꝰ ⁊ paſſionibꝰ virtus tenet mediū. vitia aūt te nent extrema: qḋ hoc ꝯtingeret in oībꝰ opationibꝰ ⁊ paſſio nibꝰ. Sed hoc ipſe excludit dicēs. q̄ nõ oīs opatio vel paſ ſio aīe ſuſcipit medietatē: que. ſ. ad v̄tutē p̄tineat. Et h̄ ma nifeſtat. ibi. (Quedā. n. ⁊c̄.) Et p̄mo per rõnē. q2 quedam

actiones ⁊ paſſiones in ipo ſuo noie implicāt maliciā: ſicut gaudiū de malo ⁊ inuerecūdia ⁊ inuidia. Jn opationibus aūt adulteriū furtū homicidiū. Oia enim iſta ⁊ ſilia ſm ſe ſunt mala. ⁊ nō ſolū ſupabūdantia ipſoꝝ vel defectus. Un̄ ⁊ circa hoc nō ꝯtingit aliquē recte ſe hre qualitercūqꝫ hoc opef: ſꝫ ſemp hoc faciēs peccat. Et ad h̄ exponēdum ſubdit: ꝙ bn̄ vel nō bene nō ꝯtingit in talib⁹ ex eo ꝙ aliqs faciat aliqd̄ eoꝝ: puta adulterium ſicut opꝫ: vel qn̄ opꝫ: vt ſic fiat bene. male autem quādo ſm ꝙ non opꝫ. Sed ſimpliciter: qualitercūqꝫ aliqd̄ hoꝝ fiat eſt peccatum. Jn ſe enim quodlibet hoꝝ importat aliquid repugnans ad id quod oportet. ℭ Secundo ibi.

Ratio.

ℭ Simile igitur attribuēti ⁊ circa iniuſta facere ⁊ timere: ⁊ incontinentem eſſe: eſſe medietatem ⁊ ſuperabundantiam ⁊ defectum. Erit enim ſic ſuperabundantie ⁊ defectus medietas. Et ſuperabundantie ſuperabundantia: ⁊ defectus defectionis.

Le. are. ℭ Eodem modo dicēdum de iniuria ⁊ ignauia ⁊ luxuria. nam ſi aliter diceremus: eēt exceſſus ⁊ defectus mediocritas. ⁊ exceſſus exceſſus ⁊ defectus defectus.

Argir. ℭ Simile igiť eſt ⁊ circa iniuſticiā: timiditatē: ⁊ luxuriam mediocritatē ponēdam eſſe cenſere: ⁊ id qd̄ nimium dicif ⁊ parū. Hoc.n. mō exupationis ⁊ defect⁹ erit vtiqꝫ mediocritas: ⁊ exupationis exuperantia: ⁊ defectus itē defectus.

S. Tho.

Exempla ad idem. ℭ Manifeſtat idē per exēpla in vitijs. Et dicit ꝙ qꝛ iſta ſꝫ ſe maliciā importāt. ſile eſt querere in iſtis mediū ⁊ extrema ſicut ſi aliqs attribueret medietatē ſupabūdātie ⁊ defectum circa hoc qd̄ eſt iniuſta facē ⁊ timidū vel incōtinētem eē: qd̄ qdem eēt incōueniens. Cum.n. iſta importēt ſupabūdātiam ⁊ defectū ſequeref ꝙ ſupabūdantia ⁊ defectus eēnt medietas: qd̄ eſt oppoſitum in adiecto. Et ꝙ ſupabundantie eēt ſuperabundantia: ⁊ defectus eēt defectus querēdus: qd̄ in infinitum abiret. ℭ Tertio ibi.

ℭ Quēadmoduꝫ aūt tēperantie ⁊ fortitudinis non eſt ſupabūdantia ⁊ defectus ꝓpter medium nō eſſe aliqualr̄ extremuꝫ ita neqꝫ illoꝝ medietas neqꝫ ſuperabūdantia ⁊ defectus: ſed vt vtiqꝫ operatum eſt vitioſuꝫ eſt. Uniuerſaliter ergo neqꝫ ſuperabundantie neqꝫ defectus medietas eſt: neqꝫ medietatis ſuperabundantia ⁊ defectus.

Le. are. ℭ Sed quēadmodū tēperantie ⁊ fortitudinis nō eſt exceſſus neqꝫ defect⁹: qm̄ ipſe medie ſunt ⁊ ſupreme: ſic nec illarū q̄s ſupra dixim⁹: mediocritas eſt: neqꝫ exceſſus ⁊ defectus: ſꝫ vtcūqꝫ illa faciās: delinquis. Exceſſus enim ⁊ defectus: nulla omnino eſt mediocritas: neqꝫ mediocritatis ipſius exceſſus eſt aut defectus.

Argir. ℭ Sed vt tēperantie fortitudiniſue nō eſt exupatio atqꝫ defectus: qꝛ mediuꝫ ipm̄ eſt modo quodā extremū: ſic nec illoꝝ eſt mediocritas nec exupatio ⁊ defectus: ſed vt cūqꝫ aganf ſemp delinquif. Oino n̄qꝫ nec exupatiōis: nec defect⁹ eſt mediocritas: nec mediocritatis exupatio ⁊ defect⁹.

S. Tho.

Exempla ad idem in virtutib⁹. ℭ Manifeſtat idē per ſile in virtutib⁹. Manifeſtū eſt eniꝫ ꝙ qꝛ tēperantia ⁊ fortitudo de ſe importat mediū: non eſt in eis accipere ſupabūdantiam ⁊ defectuꝫ: quaſi aliqs ſic ſupabundanter vel deficienter tēperatus aut fortis. Medium enim nō poteſt eſſe extremuꝫ. Et ſilr̄ qꝛ illa de ſe important extrema non pōt eſſe illoꝝ medietas neqꝫ ſuperabūdantia ⁊ defectus. Sed qualitercūqꝫ opatuꝫ eſt vitioſum eſt. Ultimo autē concludit ꝙ nullius ſuperabūdantie vel defectus poteſt eſſe medietas aut ſuperabundantia aut defectus medietatis.

Lectio. viij.

OPortet autē non ſolum vlr̄ dici: ſed ⁊ de his que ſunt ſm ſingula aptare. Jn his qui circa operationes ſermonibus vniuerſales qdē inaniores ſunt particulares autē veriores. Circa ſingularia enim operationes: oportunum autem in his concordare. Sumendū igitur hoc ex deſcriptione.

Le. are. ℭ Sed oportet ſermonem noſtruꝫ nō ad vniuerſum modo genus: verum ad ſingula coaptare. Jn verbis eniꝫ que de actibus habēf: vniuerſalia qdem cōmuniora: particularia aūt veriora exiſtunt. Nā ⁊ actus ipſi circa ſingula verſantur. quos certe his conſonare oportet. Comprehendenda igitur hec ⁊ deſcribenda ſunt.

Argir. ℭ At enim idipſum non ſolum vniuerſaliter dicere: ſed ad ipſa ſingula et accōmodare oportet. Sermonum.n. eoꝝ qui circa actus verſanf vniuerſales qdeꝫ magis cōes: particulares ꝟo magis ſunt veri. Actus nanqꝫ circa ſingula ſunt: quibus ſermones: rōneſqꝫ conſentaneas eſſe oportet. Hec igitur ex deſcriptione ſumenda ſunt.

S. Tho.

ℭ Poſtq̄ṗhs oſtendit qd̄ eſt virtus in generali. hic manifeſtat diffinitionē poſitam in ſpeciali per ſingulas v̓tutes. ℭ Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit hoc eſſe nec̄iuꝫ. Scd̄o ꝓſequitur intentum. ibi. (Circa timores quidē igitur ⁊c̄.) ℭ Dicit ergo ṗmo ꝙ opꝫ non ſolum dici vlr̄ qd̄ eſt virtus: ſed etiaꝫ adaptare in ſpeciali ad ſingula. Et rōnem huius aſſignat: qꝛ in ſermonib⁹ qui ſunt circa operationes vl̄es ſunt magis inanes: ⁊ particulares ſunt magis veri. Et huius rōnem aſſignat: eo ꝙ operationes ſunt circa ſingularia. Et ita oportunum eſt ꝙ ſermones qui ſunt de operabilib⁹ concordent cum pticularibus. Si ergo dicanf ſermones operationū ſolum in vlī erunt in vanum: tuꝫ qꝛ non ꝯſequunf finem ſuū qui eſt directio particulariū operationum: tum ēt qꝛ nō poſſunt vl̄es ſermones in talib⁹ ſumi qui nō deficiant in aliquo particulariū ꝓpter varietatem materie: vt ſupra dictū eſt. Sed pticulares ſermones ſunt efficaciores: vtpote apti ad dirigēdum operationes: ⁊ ſunt etiam veriores: qꝛ accipiunf ſm id in quo vniuerſales ſermones verificantur. Et ideo qd̄ dictuꝫ eſt in vniuerſali de virtute ſumendum eſt ex deſcriptione circa ſingulas virtutes. ℭ Deinde cum dicit.

Sermōes vl̄es q ſūt de opabilibus ſt inanes: particulares ꝟo ſunt efficaciores ⁊ veriores.

Libꝛo p̄ Lec. 3.

ℭ Circa qdē igitur timores ⁊ audacias fortitudo eſt medietas. Supabūdantium autē. Qui in itimiditate qdē inominatus. Multa enim ſunt inominata. Qui aūt in audere ſuperabūdat audax. Qui aūt in timere ſuperabundat: in audere ꝟo deficit timidus.

Le. are. ℭ Circa timores igitur: ⁊ audacias: fortitudo mediocritas eſt. Excedentium ꝟo: qui nō timendo excedit: ſine nomine eſt. multa ꝟo ſunt ſine nominibus. qui ꝟo audendo excedit: ferox. ſed qui in timendo excedit ⁊ in audendo deficit: timidus eſt.

Argir. ℭ Circa timores itaqꝫ fiducialue mediocritas qdeꝫ eſt fortitudo. At exuperātium: is quidem qui nō timendo exuperat: nomine caret. Sunt aūt cōplura que nominib⁹ vacant. Js aūt qui ꝯfidendo exuperat audax eſt. At is qui timendo qdē exupat: confidendo aūt deficit timidus.

S. Tho.

Oñdit in ſingulis ꝙ mediū eſt bonum ⁊ laudabile nō extremū vero male ⁊ vituperabilia.

¶ Exequitur intētū oſtendens per ſingula ꝙ mediū eſt bonū ⁊ laudabile. Extremū aūt malū ⁊ vituperabile. Et p̄ oſtēdit in ṽtutib⁹. Scđo in paſſionib⁹. ibi. (Sūt aūt ⁊ in paſſionibus ⁊c̄.) Et p̄ oſtēdit in ṽtutib⁹. Circa p̄ᵐ ꝯſiderandum eſt ꝙ ṽtutes dupl'r aliqui diſtinxerūt. Quidam .n. attēdunt diſtinctionē eaꝝ ſcḋm quoſdā gn̄ales modos ṽtutum: qui qdē ſunt q̄tuor. Nā radix ṽtutis ꝯſiſtit in ipſa rectitudine rōnis: ⁊ ſcḋm eā opꝫ quaſcunqꝫ actiones ⁊ paſſiones dirigē. Aliter tn̄ ſunt dirigibiles actiones q̄ꝫ paſſiones. Nā actiones q̄ntū eſt de ſe nō hn̄t aliquā reſiſtētiam ad rōnē: ſicut emptio ⁊ vēditio ⁊ alia hm̄ōi. Et ideo circa eas nō req̄rit̄ niſi ꝙ rō quādā eq̄litatē rectitudis ſtatuat. Sꝫ paſſiones ipoꝛtāt iclinationē quādā que pōt repugnare rōni dupl'r. Uno mō ex eo ꝙ rōnē trahit ad aliud: ſic pꝫ de oīb⁹ paſſionib⁹ que ꝑtinēt ad ꝓſecutionē appetit⁹: ſicut ꝯcupiſcētia ſpes: ira: ⁊ alia hm̄ōi. Et circa has paſſiōes opꝫ ꝙ rō rectitudinē ſtatuat reprimēdo ⁊ refrenando eas. Alio⁹ ex eo ꝙ paſſio retrahit ab eo qḋ eſt ſcḋm rōnē: vt in oīb⁹ paſſionib⁹ que important fugā appetit⁹: ſicut timor odiū ⁊ ſilia. Et in hm̄ōi paſſionib⁹ opꝫ ꝙ rō rectitudinē ſtatuat firmādo animū in eo qḋ eſt ſcḋm rōnē. Et ſcḋm h̄ q̄tuor noiam⁹ ṽtutes que a qbuſdā ꝑncipales dicunt̄. Nā ad prudētiā ꝑtinet ipſa rectitudo rōnis. Ad iuſtitiā ṽo eq̄litas in opātōnib⁹ ꝯſtituta. Ad fortitudinē aūt firmitas animi. Ad tēperātiam repreſſio paſſionū: ſicut ipſa noīa ſonāt. Quidam igit̄ iſtas ṽtutes gn̄al'r acceperūt putātes oēm cognitionē ṽitatis ad prudētiā ꝑtinere: oīum eq̄litatē actionū ad iuſtitiā oēm firmitatē animi ad fortitudinē. oēm refrenationē vel repreſſionē ad tēperantiā. Et ſic locuti ſunt de his ṽtutib⁹ Tullius ⁊ Seneca: ⁊ alij qdē. Un̄ poſuerūt has ṽtutes eē q̄ſi gn̄ales: ⁊ dixerūt oēs ṽtutes eſſe eaꝝ ſpēs.

Improbatio.

¶ Sꝫ iſta ṽtutū diſtinctio nō videt̄ eē ꝯueniēs. Primo qdē q2 p̄dicta q̄tuor ſunt talia: ſine qb⁹ nulla ṽtus pōt eſſe. Un̄ ꝑ h̄ nō pn̄t ſpēs ṽtutis diuerſificari. Scḋo ſpēs ṽtutū ⁊ vitioꝝ nō accipiunt ex ꝑte rōnis: ſꝫ ex ꝑte obiecti: vt ſupra dcm̄ eſt. Et ideo ꝯuenietius Ariſto. ṽtutes diſtinxit ſcḋm obiecta ſiue ſcḋm materias.

Le. 2. Opīo ariſtotelis.

Et ſic p̄dicte ṽtutes q̄tuor nō dicunt̄ ꝑncipales: q2 ſunt gn̄ales: ſꝫ q2 ſpēs eaꝝ accipiunt̄ ſcḋm q̄daꝫ ꝑncipalia: ſicut prudētia que nō eſt circa oēm cognitionē veri: ſꝫ ſpecial'r circa actū rōnis qui eſt precipe. Iuſtitia aūt nō eſt circa oēm equalitatē actionū: ſꝫ ſolū in his que ſunt ad alterum vbi melius eſt eq̄litatē ꝯſtituere. Fortitudo nō eſt circa quālibet firmitatē: ſꝫ ſolū in timorib⁹ ꝑiculoꝝ mortis. Tēperātia nō eſt circa oēm refrenationē: ſed ſolū in ꝯcupiſcētijs ⁊ delectationib⁹ tactus.

Quō prudētia iuſtitia: fortitudo ⁊ tēperātia dicūt virtutes ꝑncipales ⁊ circa q̄ ſunt.

Alie ṽo ṽtutes ſunt q̄dā ſecūdaria. Et ideo poſſunt reduci ad p̄dictas: non ſicut ſpēs ad gn̄a: ſed vt ſecūdarie ad ꝑncipales.

Quō alie ṽtutes reducunt̄ ad illas q̄tuor.

¶ His igit̄ p̄ſuppoſitis ſciendū eſt ꝙ de iuſtitia ⁊ prudētia hic pħs nō agit: ſꝫ infra in 5° ⁊ 6°. Agit aūt de tēperātia ⁊ fortitudine: ⁊ quibuſdā alijs ſecūdarijs virtutib⁹. Que oēs ſunt circa aliq̄s paſſiones. Sed oēs paſſiones aīe reſpiciunt aliqḋ obiectū qḋ qdem ꝑtinet vel ad ipſam hoīs corꝑalem vitā vel exteriora: vel ad humanos act⁹. Primo ergo facit mētionem de virtutib⁹: que ſunt circa paſſiones: quaꝝ obiecta ꝑtinēt ad corꝑalē vitā. 2° de illis que ꝑtinēt ad exteriora bona. ibi. (Circa dationē āt pecuniaꝝ ⁊ circa acceptionē ⁊c̄.) Tertio de illis que reſpiciūt exteriores act⁹. ibi. (Sūt autē ⁊ alie tres medietates ⁊c̄.)

Quō pħs ordinat tractatum de ṽtutibus.

Le. 9.

Circa p̄ᵐ duo facit. Primo loquit̄ de fortitudine que reſpicit ꝑicula interimētia vitam. Scḋo de tēperantia que reſpicit ea que ſunt vtilia ad ꝯſeruādam vitam. ſ. cibos quib⁹ ꝯſeruat̄ vita in īdiuiduo: ⁊ venerea quib⁹ ꝯſeruat̄ in ſpecie. ibi. (Circa delectationes aūt ⁊ triſtitias ⁊c̄.) ¶ Dicit ergo p̄ ꝙ fortitudo eſt medietas circa timores ⁊ audacias ī nō q̄tuꝫ. ſ. reſpiciunt ꝑicula mortis.

Quid ſit fortitudo.

Qui ſuper

Sed eoꝝ qui ſupabundanter ille qui ſupabundat in hoc ꝙ eſt eſſe in timidum: qui etiā deficit in timendo eſt innominatus: q2 raro h̄ accidit. Et multa ſimil'r ſunt innominata ꝓpter hoc ꝙ hoīes ea nō aduertūt cōmuniter: vt ſic ipſis nomina imponerēt. Ille ṽo qui ſupabūdat in audēdo vocat̄ audax. Et differt ab intimido. Nam ille dicitur ſcḋm defectū timoris: audax aūt ſcḋm exceſſum audacie. Ille ṽo qui ſuperabūdat in timēdo: ⁊ deficit in audēdo vocat̄ timidus. ¶ Deinde cum dicit.

abūdat in nō timēdo noīa caret q2 raro accidit. Audax. Dr̄ia inter audacē ⁊ intimidum. Timidus.

¶ Circa delectatiōes aūt ⁊ triſtitias nō oēs. Minus aūt ⁊ circa triſtitias. medietas qdē tēperantia. Superabūdantia aūt intemperantia. Deficientes autem circa delectationes nō multū ſunt ꝓpter quod iſti nomina non ſunt ſortiti. Sunt aūt inſenſibiles.

¶ Circa voluptates ṽo ⁊ dolores: nō oēs qdem: ſed minus circa dolores media eſt tēperātia. exceſſus aūt intēperantia. deficientes ṽo in voluptatib⁹ vix reperiunt̄. Itaqꝫ nec nomē qdem ſortiti ſunt. ſed inſenſati vocentur. Le. are.

¶ Circa voluptates atqꝫ dolores nō oēs qdeꝫ ⁊ min⁹ circa dolores mediocritas qdē eſt tēperātia: exuꝑatio aūt intēperātia. At deficiētes circa voluptates ꝑpauci ſūt. Quapropter nec his eſt poſitū nomē. Sed inſenſati vocent̄. Argir.

S. Tho.

¶ Inducit de tēperātia. Et dicit ꝙ tēperantia eſt medietas nō circa oēs delectationes ⁊ triſtitias: ſꝫ circa eas que ſunt tactus ꝑtinētes ad cibos ⁊ venerea. Minus eſt autē circa triſtitias q̄ꝫ circa delectationes. Nā hm̄ōi triſtitie cauſant̄ ex ſola abſentia delectationū. Supabūdantia aūt in talibus vocat̄ intēperātia. Sed defect⁹ nō multum fit ꝓpter h̄ ꝙ oēs nāl'r appetunt delectationē. Et inde eſt ꝙ iſte defect⁹ eſt innominatus. Sed ipſe imponit nomē ⁊ vocat tales inſenſibiles: eo ꝙ hm̄ōi delectationes ſenſu ꝑcipiunt̄. Et ideo ille qui refugit has delectationes ꝓter rōnem rectam ꝯuenienter vocatur inſenſibilis. ¶ Deinde cum dicit.

De tēperātia. De intemperātia. Raro inueniūt̄ q̄ delectationē appetitū deficiat. Inſenſibilis q̄s dicat̄.

¶ Circa dationē autem pecuniaꝝ ⁊ circa acceptionē medietas qdē liberalitas. Superabūdantia aūt ⁊ defectus ꝓdigalitas ⁊ illiberalitas. Contrarie aūt ⁊ he ſupabundant ⁊ deficiunt. Prodigus enim qdem in tributione ſuperabūdat: in acceptione aūt deficit. Illiberalis autem in acceptione quideꝫ ſuperabundat: in tributione ṽo deficit. Nūc quidem igitur typo ⁊ in capitulo dicimus contenti hoc ipſo: poſterius autem certius de his determinabitur.

¶ Circa dandas capiendaſqꝫ pecunias media eſt liberalitas. exceſſus ṽo ⁊ defectus: hinc ꝓdigalitas: illinc auaritia: que inter ſe ꝯrie excedūt ac deficiunt. Nā ꝓdigus qdē in erogādo excedit: in capiendo deficit. Auarus aūt in capiendo excedit. in erogādo deficit. Sꝫ nūc ſūmatim ⁊ ꝑ figurā dicim⁹. poſtmodū diligētius de ipſis tractabimus. Le. are.

¶ Circa dandas capiendaſqꝫ pecunias mediocritas quidē eſt liberalitas. Nummum atqꝫ parū ꝓdigalitas ⁊ illiberalitas: quibus contrario modo exuperant ⁊ deficiunt homines. Prodigus enim in erogando exuꝑat: in capiendo deficit. At illiberalis atqꝫ auarus in capiendo exuperat: in erogando deficit. Atqꝫ de hiſce nunc quidē figura loquimur ⁊ in ſumma hoc ipſo cōtenti. Poſtea ṽo exactius de ipſis determinabimus. Argir.

S. Tho.

¶ Introducit de ṽtutib⁹ que reſpiciūt exteriora. Et p̄ de his

Le.c.9. que ſunt circa ꝯcupiſcentias exterioꝝ bonoꝝ. 2° de ṽtute que reſpicit exteriora mala.ibi.(Eſt aũt ⁊ circa iram ⁊c̃.) Exteriora aũt bona ſũt diuitie ⁊ honores. Primo igiť itroducit de ṽtutib°: que reſpiciunt diuitias. Scḋo de his q̄ reſpiciũt honores.ibi.(Circa aũt ⁊c̃.) Circa p̄ᵐ duo facť. Primo itroducit de liberalitate que eſt circa mediocres diuitias. Scḋo de magnificẽtia que ē circa magnas.ibi.(Circa pecunias aũt ⁊c̃.) ¶ Dicit ĝ p̄ ꝙ liberalitas eſt medietas circa datione ⁊ acceptione pecuniaꝝ. Sz ꝓdigalitas ⁊ illiberalitas ſe hñt ſm ſupabũdantiam ⁊ defectum ꝯ̃rio mõ. Nam ꝓdigus ſupabũdat in datione ⁊ deficit in acceptione. Illiberalis aũt ecõtrario ſupabũdat in acceptione ⁊ deficit in datione. hec aũt hic dicunť typo.i.exẽplariter: ⁊ in capitulo.i.ſũmarie: ſed poſtea ⁊ de his ⁊ de alijs determinabitur certius. ¶ Deinde cum dicit.

De liberalitate.

De prodigo. De illiberali.

¶ Circa pecunias autẽ ⁊ alie diſpoſitiones ſunt. Medietas quidẽ magnificentia. Magnificus enim differt a liberali. Hic quidez eniz circa magna. hic autẽ circa parua. Superabundantia autẽ apirocalia ⁊ banauſia. Defectus ṽo paruificentia. Differunt autẽ hec ab his que circa liberalitatem. Quomodo autem differunt poſterius dicetur.

Le. arc. ¶ Sunt ⁊ alie circa pecunias diſpõnes: mediocritas ṽo eſt magnificẽtia. Magnific°.n. differt a liberali. hic circa magna ille circa pua ṽſať. Exceſſus eſt in explebilitas: ⁊ vulgaris vẽtoſitas. defect° ṽo modicitas. Differunt aũt ab his que circa liberalitatẽ ſunt. ſz q̃o differũt poſtea dicetur.

Argir. ¶ Sunt ⁊ alie circa pecunias diſpõnes: ⁊ mediocritas qḋẽ eſt magnificẽtia. Differt enim hoc a liberali magnificus: ꝙ hic circa magna: ille circa parua verſať. Exuperatio aũt ruditas circa decoꝝ atq̃ ſordiditas: ⁊ defect° circa decoꝝ puſillitas. Atq̃ hec differũt ab his que circa liberalitatem diximus eſſe ⁊ q̃liam poſterius explicabimus.

S. Tho.

De magnificentia. ¶ Introducit de magnificẽtia. Et dicit ꝙ p̄ter p̄dictas diſpoſitiones ṽt liberalitatẽ ⁊ oppoſita vitia: ſunt ẽt quedã alie circa pecunias: circa q̃s ẽt magnificẽtia eſt medietas q̃dã. Sed differt magnificus a liberali: in h̃ ꝙ magnificus eſt circa magna: ſz liberalis eſt circa parua. Sed ſupabundãtia reſpectu magnificẽtie vocať apyrocalia: ab a qḋ eſt ſine ⁊ pyros qḋ eſt experientia ⁊ calos bonũ: q̃ſi ſine experientia boni: q2.ſ. multũ expẽdẽtes nõ curant q̃lr bñ expẽdãt: vocať ẽt hec ſupabũdãtia banauſia a banos qḋ ē fornax: q2.ſ. ad modũ fornacis oĩa ꝯſumũt. Sz defect° vocať paruificentia. Et he ẽt extremitates dĩnt ab his que ꝯ̃riant liberalitati. Q̃ũo aũt differant dicet poſterius in quarto.

Diff. liber. magnifici ⁊ liberalẽ.

De paruificentia.

Lec.6.

Lectio.x.

Irca honorem autẽ ⁊ inhonorationem. medietas quidẽ magnanimitas. Superabundantia autẽ chaunotes quedam dicta. Defectio autẽ puſillanimitas.

Le. arc. ¶ Circa honorẽ ⁊ inhonoratione: media eſt magnanimitas. Exceſſus aũt inflatio dĩ. defectus ṽo puſillanimitas.

Argir. ¶ Circa honorem ⁊ eius oppoſitum mediocritas qdem eſt magnanimitas. Exuperatio ṽo lentitudo quedam: ⁊ defectus puſillanimitas dicitur.

S. Tho.

De magnanimitate extremis ⁊ eius vitijs. ¶ Poſitis virtutib° que reſpiciũt diuitias. hic ponit ṽtutes que reſpiciunt honores. Et p̄ ponit virtutem que reſpicit magnos honores. Scḋo ṽtutẽ que reſpicit mediocres.ibi (Sicut aũt dicim° ⁊c̃.) ¶ Dicit ĝ p̄ ꝙ magnanimitas eſt medietas circa honorẽ ⁊ ihonoratione. Supabundãtia aũt in ꝓſequẽdo ea q̃ ptinẽt ad magnũ honorẽ eſt q̃daz diſpõ q dĩ chaunotes ex eo ꝙ ardet in his que ptinẽt ad appetitũ honoris. Nã cauma incẽdiũ dĩ: ſz capnos in greco idẽ eſt qḋ fum°. Põt ẽt ſi ſic ſcribať chapnotes dici: q̃ſi fumoſitas. Cõſueuim°.n. eos q nimis anhelãt ad aſcẽdendũ aliq̃ alta vl magna vocare vẽtoſos vl fumoſos. Sz defectio oppoſita magna° vocať puſillanimitas. Deñ.c.d. — et oppoſi[tis]

¶ Sicut aũt dicimus habere ad magnificentiam liberalitatẽ circa parua differẽtem: ita ⁊ habet quedam ⁊ ad magnanimitatez circa honorẽ exiſtẽtem magnum: hec aũt circa paruũ exiſtentem. Eſt enim vt opz appetere honorez ⁊ magis q̃z oportet ⁊ minus. Dicitur aũt qui ſuperabũdat quidem deſiderijs philotimus. Qui aũt deficit aphilotimus. Medius autem inominatus. Innominate autem ⁊ diſpoſitiones. Verũtamen philotimi ⁊ philotimia. Unde contendunt extremi de media regione. Et nos autem quandoq̃ medium philotimũ vocamus: eſt autem quando aphilotimuz. Propter autem cauſam hoc facimus in his que deinceps dicetur. Nunc autem de reliquis dicamus ſm enarratum modum.

Le. arc. ¶ Ut aũt dixim° ad magnificẽtiã ſe hẽe liberalitatẽ: ⁊ circa pua differre: ſic ſe hẽt ad alia q̃dã ad magnanimitatẽ: circa honores magnos exiſtẽ: illa circa puos. Eſt.n. honores cupe vt opz ⁊ magis q̃z opz ⁊ min°. Uocať aũt qui cupiditate honoris excedit: ambitioſus. qui aũt deficit remiſſus. Medius aũt inolatus eſt. Nã ⁊ diſpões ipe inolate ſunt. p̄terq̃z ambitioſi ambitio. Uñ certãt extremi de media regione. ⁊ nos mediũ q̃nq̃ ambitioſuz dicim°. q̃nz remiſſuz ⁊ mõ vnũ. mõ alteꝝ laudam°. Id cur accidat: in ſequentibus dicetur. Nunc de alijs eodẽ modo dicamus.

Argir. ¶ Ut aũt ad magnificẽtiam ſeſe hẽr diximus liberalitatẽ: hoc differẽtez ab illa ꝙ circa parua verſať: ſic ſeſe hz ⁊ ad magnanimitatẽ: que qḋẽ circa honorẽ magnũ: alia q̃daz diſpõ que circa puũ ṽſať. Fit.n. vt appetať honor vt opz: ⁊ magis q̃z opz ⁊ min°. Atq̃ is qḋẽ qui in honoꝝ exupat appetitiõe ambitioſus vocať. Is aũt qui deficit appetitiõe vacãs honoris. Et medi° nõie caret. Diſpões ẽt ipe p̄ter vnã nõie carẽt. Ambitioſi naq̃ ambitio vocitať. Quocirca fit vt extremi de medio loco decertẽt. Nos q̃q̃ me°ᵐ hũc mõ ambitioſũ: mõ vacãtẽ honoris appetitiõe vocam°. Et nũc ip̃z ambitioſũ: nũc alteꝝ laudam°. Cur aũt id fiat i ſeq̃n̄tibus explanabiť. Nũc de ceteris eũdẽ ſuãtes mo° dicam°.

S. Tho.

¶ Ponit aliã ṽtutẽ que eſt circa mediocres honores. Et dicit ꝙ ſic dcm̃ eſt ꝙ liberalitas differt a magnificẽtia in eo ꝙ liberalitas eſt circa pua cum magnificẽtia ſit circa magna: ita ẽt ad magnanimitatẽ: q̃ eſt circa magnũ honorẽ: ſe hz q̃dã ṽtus q̃ eſt circa honorẽ puũ. Et ꝙ circa h̃ oporteat eẽ aliquã ṽtutẽ in medio exiſtẽtem manifeſtat p hoc qḋ ſubdit: ꝙ ꝯtingit ẽt mediocrem honorẽ appetere: ſicut opz: qḋ ptinet ad mediũ ṽtutis: ⁊ magis q̃z opz qḋ ptinet ad ſupabũdãtiam: ⁊ minus q̃z opz: qḋ ptinet ad defectũ. Ille aũt qui ſupabundat in deſiderio honoris vocať philotimus.i. amatoꝝ honoris. Ille ṽo qui deficit in deſiderio honoris vocať aphilotimus.i. ſine amore honoris. Ille

De ṽtute q̃ eſt circa mediocres honores.

De nõie eius q ſupabũdat in deſiderio honoris ⁊ e° q deficit

aũt qui medio nõ ſe hȝt eſt inominatus. Et ſimilr diſpo‑
nes: idest habitus vitioꝝ aut virtutis medie ſunt inomina
te. Poſſumus tñ fingere noĩa vocantes diſpoſitionez qua
q̄s eſt philotimus, philotimũ ⁊ diſpoſitionẽ qua q̄s dicit
aphilotimus aphilotimiã. Sed q2 medium nõ eſt noĩatũ:
ideo illi qui ſunt in extremo ꝯtendunt de media regione ⁊

Cui ſit in extremis ꝯtendũt in media regione.

vterq3 ſe dicit eſſe in medio exiſtẽtem. Qḋ manifeſtat: ⁊ lo
quitur ad ſilitudinem duaꝝ ciuitatũ: inter quas ſolet eſſe
ꝯtentio de medijs finibus: q̄ñ nõ eſt certus limes p̄fixus
dum vtraq3 dicit territoriũ mediũ ad ſe ptinere. Sed q2
hoc fere cõmune eſt in oĩb⁹ vitijs: q2 vterq3 extremoꝝ re‑
putat ſe eſſe in medio ⁊ v̄tuoſũ in altero extremo: ſicut ti‑
midus reputat fortẽ audacem: quez audax reputat timi‑
dum: ꝯñter ponit qḋ eſt ꝓpꝛium in hac mã: q2 nõ ſolum
vitioſi aſcribũt ſibi nomen v̄tutis. Sed etiam virtuoſi pro
pter hoc q2 medium virtutis eſt inominatum vtuntur no
mine vitij: q̄ſi nomine v̄tutis. Et hoc eſt qḋ ſubdit: q2 etiaȝ

Qꝛ nõ ſolus v̄tuoſi ⁊ vitioſi aſcribunt ſibi nomen v̄tutis. ſed ⁊ v̄tuoſis ipſis nomẽ vitij attribuimus.

nos rõnabilr loquentes quãdoq3 illũ qui eſt in medio vo‑
camus philotimuz: ⁊ quãdoq3 vocamus illum aphiloti‑
mum. Quãdoq3. n. laudamus hoĩem ex eo q2 eſt philoti‑
mus. Cõſueuimus enim dicere aliquẽ laudantes q2 eſt hõ
curans de honore ſuo: ⁊ ſic v̄tuoſum ipm̃ vocamus philo
timũ. Quãdoq3 ẽt laudamus aphilotimũ: ſicut cũ in lau
dem alicuius dicimus q2 nõ curat de honorib⁹ hoĩuz: ſed
de veritate. Et ſic aphilotimũ vocamus v̄tuoſum. Quare
aũt hoc accidit dicet in ſequentib⁹. ſ. in 4°. Sed nũc opoꝛ

Le. xi.

tet nos pꝛoſequi de reliquis medietatibus ſm̃ predictum
modum. ſ. exemplariter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aũt ⁊ circa iram ſuperabũdantia ⁊ de‑
fectus ⁊ medietas. Fere aũt inominatis exi
ſtentibus ipſis medium manſuetũ dicẽtes:
⁊ medietatem manſuetudinem vocamus.
Extremorum autem qui q̄dem ſuperabun
dat iracundus ſit. Malitia autem iracũdia.
Qui autem deficit inira[ſ]cibilis quidem: de
fectio autem inira[ſ]cibilitas.

Le. are.

¶ Eſt ⁊ circa iram exceſſus: defectus ⁊ mediocritas: ſȝ ſunt
fere inominata. medium tñ manſuetuȝ ⁊ mediocritatem
ipſam manſuetudinem vocamus. Qui v̄o excedit iracũ‑
dus: ⁊ exceſſus ipſe iracundia. Qui autem deficit ſegnis,
⁊ defectus ipſe ſegnities appellatur.

Argir.

¶ Eſt igit̃ ⁊ circa iram mediocritas ⁊ nimium atq3 paruȝ.
Atq3 cũ fere nominib⁹ careant: mediũ mãſuetũ dicentes:
mediocritatẽ mãſuetudinẽ appellabim⁹. Extremoꝝ autẽ
is q̄dẽ q̄ exupat iracũdus: ⁊ vitiũ iracũdia vocitet̃. Is v̄o
qui deficit ira vacãs: q̄dã ⁊ defect⁹ ire vacuitas nũcupet̃.

S. Tho.

¶ Ponit v̄tutem que reſpicit exteriora mala ex q̄b⁹ hõ pro‑
uocat̃ ad irã. Et dicit q2 circa iram eſt ſupabũdãtia defe‑
ctus ⁊ mediũ. Et q̄uis oĩa iſta ſint vt pl'imũ inoĩata: me‑
diũ tñ ꝯſueuimus noĩare mãſuetũ ⁊ medietatẽ mãſuetu‑
dinẽ. Illum aũt qui ſupabũdat in h̄ vocamus iracũdus:
⁊ diſpoſitionẽ eius iracũdiã. Illũ aũt qui deficit vocamus
inira[ſ]cibilẽ ⁊ defectũ inira[ſ]cibilitatẽ. ¶ Deinde cũ dicit.

De mãſuetudine ⁊ vitijs extremis ei oppoſitis.

¶ Sunt aũt ⁊ alie tres medietates habẽtes
q̄dem quandam ſimilitudinem adinuicez:
differentes v̄o abinuicem. Oẽs enim q̄dez
ſunt circa verboꝝ ⁊ operationũ cõmunio‑
nem. Differũt aũt quoniam hec quidez eſt
circa verum qḋ eſt in ipſis. Hec aũt circa de
lectabile. Huius aũt hec q̄dem in luſu. Hec

aũt in omnib⁹ que ſm̃ vitam. Dicendũ igi‑
tur de his vt magis cognoſcamus: q̄m in
oĩbus medietas eſt laudanda. Extrema au
tem nõ recta nec laudabilia ſed vituperabi‑
lia ſunt. Sunt quidem igitur ⁊ horum plu‑
ra inominata. Tentandum autem qḋ ⁊ in
alijs ipſis nomina fingere manifeſtationis
gratia ⁊ boni quod conſequitur.

¶ Sunt ⁊ alie tres mediocritates: ſilitudinez quãdam iter Le. are.
ſe hñtes. differunt tñ adinuicem. Oẽs. n. ſunt circa v̄boꝝ
⁊ actuum cõmunionẽ. Sed in hoc differũt qḋ vna earuȝ
eſt circa veꝝ: alia circa delectabile: ⁊ hoc partim in ioco.
partim in cũctis que ad vitã ptinẽt. Igit̃ de his quoq3 di‑
cẽdum eſt. Ut appareat mediocritatez in oĩb⁹ eſſe laudan‑
dam. extrema v̄o neq3 recta: neq3 laudabilia: ſed repꝛehen‑
ſione digna. Sunt ẽt iſtaꝝ plereq3 inoĩate. Conãdum tñ
eſt vt in alijs noĩa fingere: declarationis ⁊ itelligẽtie grã.

¶ Sunt ⁊ alie tres mediocritates: que tãetſi ſimilitudinez Argir.
quãdam ⁊ ꝯuenientiaȝ inter ſeſe hñt: differunt tñ. Omnes
enim ſunt circa verboꝝ actuũue cõem vſuȝ. Sed differũt
q2 eaꝝ vna circa veꝝ qḋ eſt in ipſis. Cetere circa iucũduȝ
verſant̃. Quod q̄dem partim eſt in loco: partim in ceteris
congreſſionib⁹ vniuerſis. Et de his igit̃ eſt dicẽdum vt ma
gis cernamus in vniuerſis mediocritatẽ q̄dem laudabilez
eſſe: extrema v̄o neq3 recta: neq3 laudabilia: ſed vitupabi
lia eſſe. Atq3 hoꝝ etiam pleraq3 nominib⁹ carent. Ueruȝ
enitẽdum eſt ⁊ his perinde atq3 ceteris ponere nomina di‑
lucidatatis gratia ⁊ vt facile ſequi poſſimus.

S. Tho.

¶ Ponit v̄tutes q̄ reſpiciũt hũanos act⁹. Et p̄ oñdit eaꝝ di‑
ſtinctionẽ. 2° exẽplificat de ipſis. ibi. (Circa veꝝ q̄dẽ igĩ ⁊c.)
¶ Dicit ḡ p̄ q2 ſũt tres medietates q̄ q̄ñtũ ad aliq̄d dĩnt ⁊
q̄ñtũ ad aliq̄d ꝯueniũt. Cõueniũt q̄dẽ q̄ñtũ ad h̄ q2 oẽs ſũt
circa v̄ba ⁊ opa q̄b⁹ hoĩes adinuicẽ cõicãt. Dĩnt aũt q̄ñtũ
ad h̄ q2 vna eaꝝ eſt circa v̄itatẽ talium v̄boꝝ ⁊ factoꝝ.
Alie aũt circa delectationẽ ipſoꝝ: ita tñ q2 vna eaꝝ reſpi‑
cit delectationẽ eoꝝ: q̄ dicunt̃ vel ſiũt ludo. Alia v̄o i his
que ptinẽt ad cõem vitã. ſ. in ſerioſis de his ẽt dicẽdum eſt
vt magis appeat q2 in oĩb⁹ medietas eſt laudabilis. extre‑
ma aũt nõ ſũt laudabilia: ſȝ vitupabilia. Plã ẽt hoꝝ ſũt
inoĩata. Sȝ ſicut in alijs fecim⁹ ⁊ tẽtabim⁹ ponẽ noĩa: vt fiat
manifeſtũ qḋ dr̃: ⁊ pp̄ bonuȝ qḋ inde ꝯſeq̃t̃. Q2 finis h⁹ ſcie
nõ eſt manifeſtatio v̄itatis: ſȝ bonũ opis. ¶ Deĩde cũ dic.

Diſtĩ v̄tuti circa humanã cõuerſationẽ exiſtentium.

¶ Circa verum quidem igitur medius qui‑
dem verus quis ⁊ medietas veritas dicat̃.
Fictio autem que quidem ad maius iactã‑
tia ⁊ qui habet eam iactatoꝛ. Que autez ad
minus yronia ⁊ yron.

¶ Circa veꝝ igit̃ medius q̄dẽ grauis: ⁊ mediocritas ipſa: Le. are.
ḡuitas appellat̃. Simulatio ẽt ſi excedat: vanitas. ⁊ q̄ illa
vtit̃ van⁹. ſi deficiat: ironia. ⁊ qui illa vtit̃ ironicus dr̃.

¶ Circa veꝝ igit̃ medius q̄dem verax q̄dã: ⁊ mediocritas Argir.
veritas appellet̃. Fictio v̄o ſi ad maioꝛa pergat arrogan‑
tia: ⁊ arrogans qui ipſam hȝt dicat̃. Sin ad minoꝛa diſſi‑
mulatio nũcupet̃: ⁊ qui habet ipſam diſſimulatoꝛ.

S. Tho.

¶ Exẽplificat de pmiſſis v̄tutib⁹: ⁊ p̄ de ea q̄ eſt circa veꝝ.
Et dic q2 circa veꝝ medi⁹ ẽ ille q̄ dr̃ ver⁹: ⁊ medietas dr̃ ve
ritas: ſȝ fictio falſi q̄ ẽ i plus: q̄ñ. ſ. aliq̄s fingit maioꝛa de ſe
q̄ꝫ ſit vocat̃ iactãtia: ⁊ talis fictoꝛ vocat̃ iactatoꝛ. Sȝ fictio
que eſt ad min⁹. ſ. q̄ñ aliq̄s fingit de ſe q̄dã vilis vocat̃ yro
nia. i. irriſio: ⁊ talis fictio vocat̃ yrõ. ſ. irriſoꝛ. ¶ Sc̄do ibi.

De v̄itate ⁊ verac.

De iactan[tia].

De yronia.

¶ Circa delectabile autez quod quidem in ludo medius quidem eutrapelus ⁊ diſpoſitio eutrapelia. Superabundantia autem bomolochia: ⁊ qui habet eam bomolochus. Qui autem deficit agroicus quis et habitus agroichia.

Le. are. ¶ Circa delectabile aūt in ioco: medius eſt comis. ⁊ diſpoſitio ipſa: comitas. Exceſſus vero: ſcurrilitas. ⁊ qui ea vtitur ſcurra. defectus aūt: ruſticitas. ⁊ qui vtitur ruſticus.

Argir. ¶ Circa iucūdum qđ in ioco ꝯſiſtit: medius qdam comis ⁊ vrbanus: ⁊ diſpoſitio comitas atq3 vrbanitas appellatur. Exuperatio aūt ſcurrilitas: ⁊ qui ipſam hēt ſcurra. Et qui deficit ruſticus qdam: ⁊ habitus ruſticitas nūcupatur.

S. Tho.

De ꝟtute q̄ eſt circa ludos. que vocaꝑ eutrapelia. Et eius extremis. ¶ Exēplificat de virtute que eſt circa ludos. Et dicit ꝙ circa delectationē que eſt in ludis: ille qui mediū tenet vocaꝑ eutrapelus q̄ſi bene ſe ꝟtens ad oīa: ⁊ diſpoſitio vocaꝑ eutrapelia. Ille aūt qui ſupabūdat vocaꝑ bomolochus a bomos: qđ eſt altare: ⁊ lochos qđ eſt raptus. Et dr̄ ad ſilitudinē miluī qui ſemꝑ volabat circa aras ydoloꝝ: in quib⁹ volabant: vt aliqđ raperēt. Et ſilr ille qui excedit in ludo ſemꝑ inſiſtit ad h̄ ꝙ rapiat verbum vel factuz alicuius vt in ludum ꝯuertat. Diſpoſitio autem vocaꝑ bomolochia. Ille autem qui deficit vocaꝑ agroicus. i. agreſtis: ⁊ diſpoſitio vocatur agroichia. ¶ Tertio ibi.

¶ Circa reliquum autē delectabile quod in vita qui qdē vt oportet delectabilis eſt amicus: ⁊ medietas amicitia. Qui autem ſuperabūdat ſi quidem nullius gratia placidus. Si autem vtilitatis alicuius ſui blanditor. Qui autem deficit ⁊ in omnib⁹ indelectabilis litigioſus quis diſcolus.

Le. are. ¶ In reliquo aūt delectabili qđ in vita verſaꝑ: qui vt opz iocundus eſt. amicus. ⁊ mediocritas: amicitia. Qui excedit: ſi nullius gratia laſciuus. ſi ſui cauſa lucri hoc facit: adulator. Qui autem deficit ⁊ in cunctis moleſtus eſt: contentioſus ⁊ inhumanus vocatur.

Argir. ¶ Circa vero reliquū iucūdum qđ eſt in vita: is qdez qui eſt vt opz iucūdus amicus dicaꝑ: ⁊ mediocritas amicitia. Is autē qui exuperat: ſi nullius gratia ⁊ex placidus. Sin ſui emolumēti cā adulator eſt appellādus. At is qui deficit ⁊ in cūctis eſt iniucūdus ꝯtētioſus qdā difficiliſq3 dicatur.

S. Tho.

De amicitia ſeu affabilitate. ¶ Exemplificat de tertia dictaꝝ virtutū. Et dicit. circa reliquū delectabile ꝙ eſt in vita quantū ad ea que ſerio agūtur medius vocaꝑ amicus: nō ab effectu amandi: ſed a decenti ꝯuerſatione quē poſſumus affabilem dicere. Et ipſa medietas vocaꝑ amicitia vel affabilitas. Ille aūt qui ſupabūdat in hoc ſi nō faciat h̄ niſi cā delectandi: vocaꝑ placidus. ſi aūt hoc ꝓpter aliquā ꝓpriam vtilitatē. puta ꝓpter lucrum vocaꝑ blāditor vel adulator: qui autē in hoc deficit: ⁊ non vereꝑ ꝯtriſtare eos cum qbus viuit vocaꝑ litigioſus ⁊ diſcolus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt autez ⁊ in paſſionibus ⁊ in his que circa paſſiones medietates. Verecūdia enī virtus quidem nō eſt. laudatur autem ⁊ verecundus. In his enim hic quidez dicitur medius. Qui autem ſuperabundat vt catapler qui omnes verecūdatur. Qui autē deficit vel nequaq3 verecūdatur inuerecūdus.

Medius autem verecundus.

Le. are. ¶ In affectib⁹ quoq3 ⁊ circa ipſos mediocritates ſunt. Nā3 verecūdia qdem ꝟtus nō eſt. Laudaꝑ tn̄ verecundus. qm̄ his medius dicꝑ. Qui vero excedit ⁊ in cunctis veretur: pauidus. qui aūt deficit impudens vocatur.

Argir. ¶ Sunt ⁊ in affectib⁹ ⁊ in his que ſunt circa affectus mediocritates. Verecūdia nāq3 virtus qdem nō eſt: laudaꝑ tn̄ ⁊ ipſe ēt verecūdus. Nā ⁊ hic dr̄ eſſe medius ⁊ exuperans atq3 deficiens: ⁊ exupat qdē is qui in vniuerſis verecūdaꝑ. q̄lis eſt ipſe pauidus. Qui vero deficit: aut nulla in re verecūdāa appellaꝑ impudēs. Medius vero dr̄ verecūdus.

S. Tho.

De verecūdia. ¶ Ponit exēplū de qbuſdā paſſionib⁹ laudabilib⁹. Et p̄ de verecūdia. Et dicit ꝙ ēt in paſſionib⁹ ⁊ adiūctis ſunt quedā medietates. Verecūdia. n. nō eſt ꝟtus. vt in 4° oſtēdeꝑ. Sed tn̄ verecūdus laudaꝑ. Eo ꝙ in talib⁹ eſt mediū accipere. Ille aūt q ſupabūdat: vt de oib⁹ verecūdeꝑ vocaꝑ catapler. i. ſtupidus. Ille aūt q deficit vel nihil verecūdatur vocaꝑ inuerecūdus: medius vero verecūdus. ¶ Tertio ibi.

Laō vitia ¶ Nemeſis aūt medietas inuidie ⁊ epicacotharchie. Sunt aūt circa triſtitiam ⁊ delectationem in his que accidunt ꝓximis factas. Nemeſeticus qdem enim triſtatur de indigne bene operantibus. Inuidus aūt ſuperexcedens hunc in oibus triſtatur. Epicacotharchie autez tantū deficit a triſtando vt ⁊ gaudeat. Sed de his qdem igitur ⁊ alias tēpus erit. De iuſtitia aūt: q2 non ſimpliciter dicitur poſt hoc diuidentes de vtraq3 dicemus qualiter medietates ſunt. Similiter ⁊ de rationalibus virtutibus.

Le. are. ¶ Indignatio aūt media eſt inter inuidiā ⁊ ꝑuerſum gaudium. Verſaꝑ aūt circa voluptatē aut dolorē ꝓuenientes ex his que ꝓximis ꝯtingunt. Indignans eni3 moleſte fert: cum idigna alicui ꝓſperitas eſt. Inuidus hunc excedens: in cunctis turbaꝑ ⁊ moleſte fert. Peruerſe aūt gaudēs: nō modo nō dolet: ſed letaꝑ. Verum de his alio loco: dicendi tēpus erit. De iuſtitia vo qm̄ non ſimpliciter illa dicꝑ: paulo poſt diſtinguentes: de vtraq3 dicemus. quō mediocritates ſunt: ⁊ eodem modo de rationalibus virtutibus.

Argir. ¶ Indignatio aūt mediocritas eſt inuidie ⁊ maliuolentie. Verſanꝑ aūt circa dolorem ⁊ voluptatē que oriunꝑ ex his que ꝓximis accidūt. Indignans. n. dolet cū aliqui ꝓſperitate fortune indigne fruunꝑ. Inuidus aūt hūc exuperans de oībus dolet. Sed maliuolus adeo deficit in dolēdo vt gaudeat. Veꝝ de his erit ⁊ alio loco tēpus dicendi. De iuſtitia vero poſtea pertractabimus. Atq3 cum nō dicaꝑ ſimpliciter diſtinguemus ipſa3: ⁊ de vtraq3 dicamus quō mediocritas eſt. Et ſimiliter de rōnis virtutibus.

S. Tho.

De paſſionibus quib⁹ circa delectationē ⁊ triſtitiā ex his q̄ cōtingūt ꝓximis. De nemeſitico ſeu reprehēſore vł indignāte. ¶ Agit de alia paſſione que vocaꝑ nemeſis. i. reꝓhēſio que eſt medietas inuidie epicacotharchie: tharcus. n. dr̄ gaudēs chachos malū epi. ſup. qc̄ ſ3 dicaꝑ gaudiū de malo. Sunt aūt he diſpōnes circa delectationē ⁊ triſtitiam. de his que eueniūt ꝓximis. Nemeſiticus enim. i. reprehēſor triſtaꝑ ſi aliqui mali ꝓſperanꝑ in ſua malitia. inuidus aūt ſupabūdat vt triſtet de oīb⁹ qui ꝓſpanꝑ ſiue bonis ſiue malis. S3 ille qui dr̄ epicacotharchos tn̄ deficit a triſtādo: vt etiam gaudeat de malis: qui in ſua malitia ꝓſperanꝑ. S3 de his alibi dr̄. ſ. in 2° rhet. Ultimo aūt ꝙ iuſtitia h3 diuerſas ſpecies: in qb⁹ non ſilr accipiꝑ meduz de iuſtitia poſt dicꝑ in quinto: ⁊ qualr ꝑtes eius ſunt in medio: ⁊ ſimiliter poſtea

dicetur in .6. de virtutibus rõnalibus .ſ. intellectualibus.

Lectio .x.

TRibus autem diſpoſitionib᷒ duabus quidem malitijs: hac quidez ſm ſuperabũdantiam: hac autem ſm defectum: vna autem virtute medietate oĩs oĩbus opponitur aliqualiter. Extreme qdem eniz ⁊ medie ⁊ adinuicem contrarie ſunt. Media autẽ extremis.

Le. are. ℭ Sed cum tres ſint diſpoſitiones. due qdem vitiorum in exceſſu ⁊ defectu. vna virtutis que mediocritas eſt: oẽs adinuicẽ quodãmodo opponunt̃. Extreme qdẽ ⁊ illi q̃ media eſt: ⁊ ſibi ipſis inter ſe ↄtrarie ſunt. media aũt extremis.

Argir. ℭ Cum autez tres ſint diſpoſitiones: ⁊ due qdem ſint vitia: quorum alterum in exuperatione: alterum in defectu conſiſtit. Vna aũt virtus que qdem eſt mediocritas oẽs inter ſe ⁊ ſi non eque ſuſcipiunt oppoſitionem. Extreme nãq; cum medietate inter ſeſe ↄtrarie ſunt: media vero extremis.

S. Tho.

De oppõne virtuti ⁊ vitiorum. ℭ Poſtq̃ph̃s in cõi oſtendit qd eſt virtus ⁊ diffinitionẽ applicauit ad ſpeciales virtutes. Hic determinat de oppoſitione virtutum ⁊ vitiorum. Et circa h tria facit. Primo oñdit in his eſſe duplicẽ ↄtrietatem. vnam qdẽ vitiorum adinuicem. aliam aũt vitiorum ad virtutẽ. Scdo oñdit q̃ maior eſt contrarietas vitiorum adinuicẽ. ibi. (Sic aũt oppoſitis adinuicem ⁊c̃.) Tertio oñdit q̃ vnum vitiorum magis opponit̃ virtuti q̃ reliquũ. ibi. (Ad medium aũt ⁊c̃.) ℭ Circa pͥm tria facit. Primo ꝓponit qd intẽdit. Scdo ꝓbat ꝓpoſituz ibi. (Queadmodũ enim eq̃le ⁊c̃.) Tertio infert qddã corrolarium ex dictis. ibi. (Propter qd ⁊ ꝓijciũt.) ℭ Dicit pͦ q̃ cũ ſint tres diſpõnes: quarum due ſunt vitioſe: vna .ſ. ſm ſupabũdantiam. alia vero ſm defectũ. vna vero eſt ſm virtutẽ que eſt in medio: quelʒ harum aliqualr̃ opponit̃ cuilibet: q: extreme diſpõnes ⁊ adinuicẽ ſunt ↄtrarie ⁊ etiam eis ↄtrariatur media diſpoſitio. ℭ Deinde cum dicit.

Qu vitia extrema opponunt̃ inter ſe ⁊ medio: virtuti.

ℭ Queadmodum equale ad minus quidẽ maius ad maius autẽ minus: ita medij habitus ad defectuz quidẽ ſuperabundãt: ad ſuperabũdantiam autem deficiunt: ⁊ in paſſionibus autem ⁊ in operationibus. Fortis enim ad timidum quidẽ audax videtur: ad audacem qdem timidus. Similiter autem ⁊ temperatus ad inſenſibilem quidẽ intemperatus. ad intẽperatum autẽ inſenſibilis. Liberalis autẽ ad illiberalem qdem prodigus: ad prodigum aũt illiberalis.

Le. are. ℭ Ut enim equale ad minus eſt maius: ad maius minus eſt: ſic medij habitus: defectus excedunt: exceſſibus aũt deficiunt: ⁊ in affectib᷒ ⁊ in actibus. Fortis enim ſi ad timidũ cõparetur: ferox videbit̃: ſi ad ferocẽ: timidus. Item tẽperatus: ſi ad intẽperatũ cõparetur: intẽperans. ſi ad intemperantem: inſenſatus. Liberalis quoq;: ſi ad auarum cõparetur: prodigus ſi ad ꝓdigum: auarus videbitur.

Argir. ℭ Nam vt equale maius qdem eſt cuʒ cõparat̃ ad minus: minus aũt cum cõparat̃ ad maius. Sic ⁊ habitus medij reſpectu qdẽ defectuuz exuperant: reſpectu aũt exuperationum deficiunt: tã in affectib᷒ q̃ etiam actib᷒. Fortis .n. cuʒ ad timidũ cõparat̃ audax: cũ ad audacẽ timidus eſſe videtur. Pari mõ tẽperans reſpectu qdẽ inſenſati intẽperans: reſpectu aũt intẽperãtis inſenſatus. Liberalis etiã ꝓdigus ſi ad illiberalẽ: illiberalis ſi cum ꝓdigo ↄfertur.

S. Tho.

ℭ Probat qd dixerat. Nõ fuit aũt neceſſe ꝓbare qd duo vitia que ſe hñt ſm ſupabũdãtiam ⁊ defectũ ſint ↄtria: eo q̃ ſint maxie diſtãtia. Sʒ h videbat̃ eẽ dubiũ qd dcm̃ eſt virtutem ↄtriari vitijs: q: cũ virtus ſit in medio vitiorum nõ diſtat maxie ab vtroq; eorum: cũ tñ ↄtrietas ſit maxia diſtãtia: vt dĩ in .10. metaph̃. Et ĩõ h ſpãlr̃ hic ph̃s oñdit q̃ virtus ↄtriatur vtriq; vitiorum. ℭ Circa qd ↄſiderãdũ eſt q̃ cũ mediũ participet aliq̃lr̃ vtriuſq; extremi: inq̃tũ participat vnũ eorum cõtrariat̃ alteri: ſicut eq̃le qd eſt mediuz inter magnũ ⁊ paruum. eſt qdẽ in cõparatione ad magnũ paruũ: ⁊ in cõparatione ad paruũ eſt magnũ. Et ideo eq̃le ⁊ magno opponitur ſm rõnẽ parui: ⁊ paruo ſm rõnẽ magni. Et ꝓpter h eſt mot᷒ a ↄrio in mediũ: ſicut ⁊ in ↄtrariũ. vt dĩ in .5. phyſicorum. Sic igit̃ medij habit᷒ ↄſtitut᷒ tam in paſſionib᷒ q̃ in opationib᷒ ſe hñt vt ſupabũdãtes ad eũ qui eſt in defectu. ⁊ vt deficiẽtes ad eũ qui ſupabũdat. Sicut fortis in cõparatione ad timidũ eſt audax. In cõparatiõe aũt ad audacẽ eſt timidus. Et ſilr̃ tẽperat᷒ in cõparatione ad iſenſibilẽ eſt intẽperat᷒. In cõparatione aũt ad intẽperatũ eſt inſenſibilis. Ita ẽt de liberali: qui eſt ꝓdigus in cõparatione ad illiberalẽ. Liberalis aũt in cõparatione ad ꝓdiguz. Et ſic pʒ q̃ virtus ↄtriat̃ vtriq; extremorum. ℭ Deinde cum dicit.

T. c. 13. Qu virtus ↄtrariatur vtriq; extremorum. Ratio. Ratio medij oppoitur extremis. T. c. 6.

ℭ Propter quod ⁊ proijciunt medium extremi alter ad alterum. Et vocat fortem quidem timidus audacem: audax autem timidum. Et in alijs proportionaliter.

Le. are. ℭ Itaq; extremi rejiciunt medium alter ad alterum. Timidus fortem vocat ferocem. Ferox vero timidum vocat. eodemq; modo in alijs.

Argir. ℭ Quapropter ⁊ extremorum vterq; medium ipſm a ſe compellit ad alterum. Atq; fortem audax quidẽ timiduz: timidus aũt audacem appellat. Et in ceteris ſimili modo.

S. Tho.

Corrolarium. Qu eſto ſ extrema eſtimat mediũ alterũ extremum. ℭ Infert qddã corrolariũ ex dictis. Quia .n. habit᷒ medius ſe hʒ in cõparatione ad vnũ extremũ ſm rõnẽ alterius: inde eſt q̃ extremi ꝓijciũt mediũ alter ad alterum .ſ. vterq; in extremitate exñs eſtimat mediũ: q̃ſi alterum extremum ſibi oppoſitũ. Sicut timidus fortẽ vocat audacẽ: ⁊ audax vocat eũ timidũ. Qd etiã ſignũ eſt eius qd dcm̃ eſt .ſ. qd virtus ↄtriat̃ vtriq; extremorum. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Sic aũt oppoſitis adinuicẽ his maior cõtrarietas eſt extremis adinuicem q̃ ad medius. Longius enim hec diſtant abinuicez q̃ a medio: queadmoduz magnum a paruo ⁊ paruum a magno q̃ ab equali.

Le. are. ℭ Que cũ ita ſint: maior ↄtrietas eſt inter extrema adinuicẽ: q̃ ad mediũ. Nã lõgius diſtant inter ſe q̃ a medio. vt magnus a paruo. paruus a magno ⁊ vterq; ab equali.

Argir. ℭ Hec cum hoc mõ inter ſeſe opponant̃: maior eſt vtiq; cõtrarietas extremorum inter ſeſe q̃ ad medium. Lõgius eniʒ hec inter ſeſe q̃ a medio diſtant. Et pinde atq; magnum magis a paruo: paruũq; a magno q̃ ab eq̃li vtrũq; diſtet.

S. Tho.

Qu vitia magis opponunt̃ inter ſe q̃ virtuti modis. ℭ Oñdit q̃ maior eſt oppoſitio vitiorum adinuicẽ q̃ ad virtutẽ: ⁊ h duab᷒ rõnib᷒. Quarum pͣ eſt: q̃ q̃to magis aliq̃ a ſe diſtãt. tãto magi ſũt ↄtria: q: ↄtrietas eſt q̃dã diſtãtia. Magis aũt diſtãt extrema adiuicẽ q̃ a medio: ſicut magnũ ⁊ paruũ magis diſtãt abiuicẽ q̃ ab eq̃li: qd eſt me᷑ inter ea. Ergo vitia magis opponunt̃ adiuicẽ q̃ ad virtutẽ. Eſt aũt h ↄſiderandũ: qd loquitur hic de oppoſitione virtutis ad vitia: nõ ſm rõnẽ boni ⁊ mali: q: ſm hoc ambo vitia ↄtinentur ſub vno extremo: ſed loquitur put virtus ſm ꝓpriã ſpẽm eſt

De q̃ oppõne virtutis adiuicẽ loquitur hic ph̃s.

in medio duoꝝ vitioꝝ. ¶ Scḋo aſſignat rōnem ponit ibi.

¶ Adhuc ad mediū quidez quibuſdā extremis ſimilitudo quedaz videtur vt audacie ad fortitudinē ⁊ prodigalitatis ad liberalitatem. Extremis aūt adinuicē plurima diſſimilitudo. Que aūt plurimū diſtant abinuicē contraria determinantur. Quare ⁊ magis contraria que plurimū diſtant.

Le. are. ¶ Eſt inſup extremis qbuſdā ad mediū ſilitudo: vt ferocie ad fortitudinē: ⁊ ꝓdigalitati ad liberalitatē. Ipſis ꝟo extremis iter ſe plima diſſilitudo eſt. Que ꝟo plimū inter ſe diſtāt: ꝯria diffiniunt. Itaqꝫ magis ꝯria: que magis diſtāt.

Argir. ¶ Extremis inſuper nōnullis ad mediuz ſilitudo quedam eſſe videt: vt Audacie ad fortitudinem: ⁊ ꝓdigalitati ad liberalitatē. At extremoꝝ inter ſeſe maxima eſt diſſimilitudo. Atqꝫ ea que plimū īter ſe diſtant diffinictes ꝯtraria dicūt. Quo fit vt ea que magis diſtāt magis ꝯtraria ſint

S. Tho.

Scḋa rō. Virtutis ad vnū extremoꝝ eſt aliq̄ ſimilitudo. ¶ Que talis eſt. Virtutis ad vnū extremoꝝ eſt aliqua ſilitudo ſicut īter fortitudinē ⁊ audaciam: ⁊ īter ꝓdigalitatē ⁊ liberalitatē. Sed inter duo vitia extrema eſt omoda diſſilitudo. Ergo maxime ꝯriant adinuicē. Quia ꝯrietas importat maximā diſtātiā. vt dcm̄ eſt. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Adhuc aūt medio opponitur in his qdē magis defectio. in his aūt ſupabundantia. Puta fortitudini qdē nō audacia ſupabundātia exñs: ſꝫ timiditas defectus exñs. Tēperātie aūt nō inſenſibilitas indigētia exñs: ſed intēperantia ſuperabūdantia exiſtens.

Le. are. ¶ Sed medio in qbuſdam exceſſus: in qbuſdam defectus: magis opponit. Ut ecce fortitudini qdem: nō ferocia que eſt exceſſus: ſed timiditas que eſt defectus: opponitur. Tēperantie autem non inſenſibilitas que eſt defectus: ſed intemperantia que eſt exceſſus.

Argir. ¶ At ꝟo medio in qbuſdam exuperatio: in quibuſdaz defectus magis opponit. Fortitudini nāqꝫ nō audacia que eſt exuperatio: ſed timiditas que eſt defectus magis opponitur. Tēperantie ꝟo nō inſenſibilitas que qdem eſt defectus: ſed intēperantia que eſt exuperatio magis ꝯria eſt.

S. Tho.

Qḋ vtri magis contraria ſunt extremoꝝ q̄ʒ aliud. ¶ Oſdit q̄ virtuti vnū extremoꝝ magis ꝯriatur q̄ʒ aliud. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit qḋ intēdit. Scḋo rōnem aſſignat. ibi. (Propter duas aūt ⁊c̄.) ¶ Dicit ergo ꝑmo. q̄ in qbuſdam magis ꝯriatur medio ꝟtutis vitiuꝫ qḋ eſt in defectu: in qbuſdam aūt magis vitiū: qḋ eſt in exceſſu. Sicͭ fortitudini nō marie ꝯriaͭ audacia: que marie ptinet ad ſupabūdantiā: ſꝫ timiditas q̄ ptinet ad defectū. Econtrario aūt tēperantie nō maxime ꝯriaͭ inſenſibilitas ad quam ptinet indigētia ⁊ defectus: ſed intēperantia ad quam ptinet ſupabundantia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter duas aūt cāſ hoc ꝯtingit. Unā qdē que ex ipſa re. In eēndo. n. primius ⁊ ſimilius alteꝝ extremoꝝ medio: nō h ſꝫ contrariū opponimus medio magis. Puta q2 ſimilius eē videtur fortitudini audacia ⁊ ꝓximius: ⁊ diſſimiliꝰ timiditas: hāc magis opponimꝰ. Diſtātia. n. plus a medio ꝯria magis eē vidētur. Una qdē igꝛ cā hec ē ipa re.

Le. are. ¶ Accidit autē hoc duabus de cauſis. Primo ex ipſa re q̄ alterum extremū ꝓpius ⁊ ſimilius eſt medio: non ipſum ſed aliud magis opponit. Veluti q̄m fortitudini ſimilioꝛ eſſe videtur ferocia ⁊ propinquioꝛ: diſſimilioꝛ ꝟo timiditas: hanc magis oppoſitē dicimus. Que enim magis abſunt a medio: ea magis cōtraria videntur eſſe. Hec igitur vna eſt cauſa ex ipſa re.

Argir. ¶ Id autem ob duas accidit cauſas. Atqꝫ vna qdem eſt ex ipſius rei natura. Nam q2 ꝓpinquius atqꝫ ſimilius eſt extremoꝝ alterum medio. Ideo non hoc ipſi ſed ꝯtrarium oppoſitū eſſe magis aſſerimus. Ut cuꝫ audacia qdē ſimilius fortitudini videat atqꝫ ꝓpinquius eſſe: timiditas aūt diſſimilius: hanc illi magis oppoſitam eē cēſemus. Etenī ea que plus a medio diſtāt: eadē ꝯria magis eſſe ꝯſtat. Hec igitur vna eſt cauſa: que quidem eſt ex ipſius rei natura.

S. Tho.

Primus gradus. ¶ Circa pͥmū tria facit. Pͥo ꝑponit hūc gradū fortitudinis: ⁊ dicit cū p̄ter fortitudinē verā dicātur quedam alie fortitudines ſm̄ qnq̄ modos. Primū locū inter eas tenet fortitudo politica. i. ciuilis: eo q̄ talis fortitudo maxime aſſimilatur vere fortitudini: ſuſtinēt.n. ciuiles pericula vt vitēt icrepatiōes ⁊ obprobria: que ſm̄ ſtatuta legū ciuiliū inferunt̄ timidis: ⁊ vt adipiſcātur honores qui ſm̄ eaſdē leges fortibus exhibēt̄: Et inde eſt q̄ apud illas ciuitates i q̄bus timidis adhibētur vituperia: fortibus aūt honores: viri inueniuntur inde fortiſſimi ſm̄ hāc fortitudinē: ⁊ fortaſſis etiā ſm̄ verā pp̄ aſſuetudinem. ¶ Secunda ibi.

In q̄b⁹ ciuitatib⁹ inueniant̄ viri fortiſſimi. ¶ Tales autē ⁊ Homerus facit: puta Diomedem ⁊ Hectora Polydamas mihi primū redargutiones reponet ⁊ Diomedes. Hector enim aliquādo dicet in troianis cōcionans. Thydides autem a me.

¶ Tales homerus facit aliquos: vt diomedem ⁊ hectorē. Polydamas me pͥm⁹ redarguet. Et diomedes. Hector.n. q̄nq₃ diceret apud troianos cōcionās: Tidides a me. Le. are.

¶ Tales ⁊ Homerus affert: vt Diomedem ac Hectorē. Dicit.n. Hector: Nā me polydamas ante oīs ipe reprehēdet: ⁊ Diomedes: inter.n. dicet Troianos optim⁹ Hector. Tidides me metuens puppes confugit ad altas. Argir.

S.Tho.

Exempla ex Homero. ¶ Inducit exēpla ex homero q̄ deſcribēs troyanū bellū inducit tal'r fortes. ſ. pp̄ honores vel vituperia. puta dyomedē ex pte grecoꝝ: ⁊ hectorē ex pte troyanoꝝ. Inducit enī Hectorē dicētē hec v̄ba. Polidamas. i. qdā dux troyanorū. pͥmū redargutionē reponit mihi. i. p̄ redarguet me: ſi n̄ fortiter egero: Et dyomedes dicebat ſepius exhortans ad fortiter agēdū: Hector cōcionādo apud troyanos dicet vt laudet ſe ⁊ me vituperet. Thydides. i. dyomedes: q̄ ſic nominatus eſt a patre. a me. ſ. fugit ⁊ victus ē. ¶ Tertio ibi. Hector Diomedes

¶ Aſſimilatur aūt h̄ maxime eis que prius dicta eſt: qm̄ ꝑpter virtutē ſit. Propter verecundiam eniȝ ⁊ boni deſideriū. Honoris enim grā ⁊ fuge obprobrij turpis exiſtes.

Le. are. ¶ Similis autē huic maxime eſt illa de qua ſupra diximꝰ ꝑ v̄tutē fieri. Ex pudore.n. ⁊ cupiditate decoris ꝑuenit q̄m honoris grā: ⁊ ob fugiēdā vituperationē q̄ turpis eſt.

Argir. ¶ Hec autem ex eo maxime ſimilis eſt ei de qua ſupradiximus quia ſit ob virtutē. Ob pudorē enim ⁊ appetitionem honeſte rei: honoris ſ. quā: ⁊ ob fugiēdā reprehenſionem que quidem eſt turpis.

S.Tho.

Q. fortitudo ciuilis ꝓpinqua ſit vere fortitudini. ¶ Manifeſtat quod dixerat. ſ. q̄ iſta fortitudo maxime aſſimilatur vere. Et dicit q̄ politica fortitudo maxime aſſimilatur ei de qua ſupra dictum eſt. q̄ ſit propter virtutē. hec enim politica fortitudo ſit propter verecundiam que eſt timor de turpi. inquantum. ſ. aliquis fugit obprobria: ⁊ ſic propter boni. i. honeſti deſiderium: inquātum iſta fortitudo querit honorem: qui eſt teſtimonium honeſtatis: ⁊ ideo hoc exponens ſubdit. q̄ huiuſmodi fortitudo ſit propter honorē ⁊ propter fugam obprobrij: quod turpe exiſtit: Q₂ honor igitur ꝓpīquū aliq̄d eſt bono honeſto: ⁊ vituperiū turpi inhoneſto. inde eſt q̄ fortitudo iſta propinqua eſt vere fortitudini: que intendit honeſtum: ⁊ fugit inhoneſtum. ¶ Deinde cum dicit. De honore.

¶ Ponet autē vtiq₃ aliquis ⁊ a pͥncipibus coactos in idē. Deteriores aūt quāto nō ꝑpter verecūdiam: ſ₃ ꝑpter timorem id operantur: ⁊ fugientes nō turpe: ſed triſte. Cogunt enim dn̄i: quēadmodū Hector. Queȝ aūt ego ſine bello timentem intelligā: nō ſibi ſufficiens erit fugere canes.

Le. are. ¶ In eodem gradu quis reponat ⁊ eos qui a magiſtratibus compelluntur: ſed eo deteriores ſunt: quod non pudore ſed metu adducti id agunt: nec dedecus fugiunt: ſed penam. Compelluntur enim ab ħs qui poteſtatem habent: vt apud homerum hector inquit. Si quem ego procul a pugna formidantem aſpexero: nō ei ſat erit fugere canes.

Argir. ¶ In eodem poſuerit quiſpiā ⁊ eos qui cōpelluntur a magiſtratibus: Uerū deteriores eo ſunt: q̄ non ob pudorem ſed ob metū id faciūt. Et fugiunt nō rem turpē ſed moleſtā. Cogunt enim ħ qui poteſtatem habet. Ut Hector.
Quem procul a pugna trepidantem forte videbo.
Is canibus fiet: fiet quoq₃ vulturis eſca.

S.Tho.

Scḋo gradꝰ politice fortitudinis qui ē ꝑmo deterior.

¶ Ponit 2ᵐ gradū fortitudīs politice que eſt ꝓꝑ timorē pene. Et dicit: ꝙ ad eādē ēt modū politice fortitudīs ꝑtiñt reduci illi q̄ ſūt fortes ꝓꝑ h̄ ꝙ timore penaꝝ coguntᷣ a ꝑncipibꝰ ciuitatis. Sūt tñ deteriores ꝑmiſſis: inq̄ꝫtum nō agūt fortiꝰ ꝓꝑ verecūdiā turpitudīs: ſꝫ ꝓꝑ timorē pene. Et h̄ eſt qḋ ſubdit: ꝙ nō fugiunt turpe .i. īhoneſtū: ſꝫ triſte aliqḋ .i. doloroſuꝫ vel dānoſum ex quo aliqs triſtaᷣ. Per h̄ eñ dñi

Homerꝰ. De hectore cōminā te troianꝭ.

cogūt ſuos ſubditos fortiter pugnare. Sicꝰ ſm Homerū Hector troianis cōminabaᷣ dicēs. Ille quē ītelligā fugiētē ſine bello .i. ſine h̄ ꝙ fortiter pugnet: ita male tractabo eū ꝙ nō erit ſufficiēs ad fugiēdū canes. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Et qui precipiunt: ⁊ ſi recedant percutientes id opanᷣ. Et qui ante muros ⁊ foueas: ⁊ talia preordinant. Omnes enim cogunt. Oportet autem nō propter neceſſitatē fortem eſſe: ſed quoniam bonum.

Le. are.

¶ Prefecti quoqꝫ eos q̄ recedūt a pugna ꝟberibꝰ cogūt redire: ⁊ qui ꝓ vallo aut foſſa collocanᷣ: oēs .n. cogūt. Sed opꝫ nō neceſſitate: ſed qḋ decoꝝ ſit fortem eſſe.

Argir.

¶ Idē faciūt ⁊ q̄ imperāt: ⁊ ſi recedūt ꝟberibꝰ afficiūt. Et q̄ añ foſſas ⁊ h̄ꝫ loca ꝯſtruūt aciem. Oēs .n. cogūt. At non neceſſitate: ſed qꝛ res eſt honeſta fortem eſſe oportet.

S.Tho.

Tertiꝰ gradus.

¶ Ponit 3ᵐ gradū politice fortitudinis. ꝓut .ſ. aliq̄ cogunᷣ a ꝑncipibꝰ ꝑntialr: ⁊ nō ſolū timore futuraꝝ penaꝝ. Et h̄ eſt qḋ dicit ꝙ idē opanᷣ ſua actiōes ꝑncipes q̄ ꝑcipiūt ſubditis: vt nō fugiāt a ꝓlio ⁊ eos q̄ recedūt a ꝓlio ꝑcutiūt. Et ſiſr ille q̄ añ pugnā ne fugē poſſint: ꝯſtituunt muros ⁊ foueas ⁊ alia h̄ꝫ īpedimēta fugē. Oēs .n. ꝑncipes talia faciētes cogūt ſubditos ad pugnādū. Sꝫ illi q̄ ſic cogunᷣ non

Quis ē ūe fortis.

ſūt vere fortes. Quia opꝫ ꝟtuoſum eē fortē nō ꝓꝑ neceſſitatem quā patiᷣ: ſed ꝓpter bonū virtutis. ¶ Deinde cū dicᷣ.

¶ Videtur autē ⁊ experientia circa ſingularia fortitudo eē. Unde ⁊ Socrates exiſtimauit ſciam eſſe fortitudinē. Tales aūt alij quidē in alijs. In bellicis autē milites. Videntur aūt multa eſſe inania belli que maxime ꝯſpexerunt iſti. Videnᷣ vtiqꝫ fortes: qm̄ nō ſciūt alij qualia ſunt. Deinde facere ſꝫ non pati maxime poſſunt experientia: ⁊ cuſtodire ⁊ ꝑcutere potētes vti armis. Et talia h̄ñtes q̄lia vtiqꝫ erūt: ⁊ ad facere ⁊ ad. nō pati fortiſſima. Quēadmodū igitur inermibꝰ armati pugnāt ⁊ athlete ydiotis. Etenim in talibꝰ agonibꝰ nō fortiſſimi pugnaciſſimi ſunt: ſꝫ maxime potētes ⁊ corpora optima h̄ñtes.

Le. are.

¶ Videtur ēt reꝝ peritia fortitudo eſſe quedā. Quāobrem Socrates cēſebat fortitudinē eſſe ſciam. Tales ſunt in bello milites: ⁊ alij qdē in alijs. Bellū ꝟo multos terrores vanos h̄re videᷣ. Hiqꝫ militibꝰ noti ſunt. Itaqꝫ fortes ipſi credunᷣ: qm̄ alij q̄lia illa ſint ignorāt. Deīde ⁊ hoſtē offendē ⁊ ſeipſos tueri ꝓpter ꝑitiam maxīe ꝑñt. ⁊ armis vtunᷣ ad vulnerandū hoſtē: ⁊ ſe tuendū aptiſſimis ex quo ſit vt ipſi armati ceu aduerſus inermes decertēt: ⁊ veluti athlete aduerſus rudes ⁊ inexercitatos. Naꝫ et in certaminibus nō fortiſſimi: ſed amplas vires: ⁊ robuſta habentes corpora: pugnaciſſimi habentur.

Le. are.

¶ Videtur ēt ⁊ ipſa ſingularium reꝝ perita fortitudo eſſe. Quapropter ⁊ Socrates fortitudinē ſciam eſſe putauit.

Tales aūt alij qdem in alijs ſunt. In rebus autē bellicis milites. Sunt .n. in bello cōplures res vane: que qdē maxime ipſis ſunt note. Atqꝫ ideo fortes videnᷣ: qꝛ quales ſūt ille alij neſciunt. Deinde ⁊ aduerſarios offendere ⁊ ſeipſos tueri maxime experientia poſſunt: ⁊ euitare hoſtis conatꝰ: ⁊ illuꝫ ꝑcutere ex eo cū armis vti poſſint ⁊ talia h̄ēant vt ⁊ ad faciendū ſint ⁊ nō patiēdum aptiſſimi. Quibus efficiᷣ vt ipſi tanq̄ꝫ aduerſus inermes armati: ⁊ tanq̄ꝫ aduerſus rudes ludi magiſtri decertent. Etenī in huiuſcemodi certaminibus nō ij ſunt pugnaciſſimi qui fortiſſimi ſunt: ſꝫ ij qui vires ampliſſimas h̄ñt ⁊ optime ſeſe habent corporibus.

S.Tho.

De fortitudine militari.

¶ Determinat de fortitudīe militari. Et circa h̄ duo faċ. ꝑ̄mo. oñdit qḋ īducat milites ad fortiter agēdū. 2ᵒ cōparat militarē fortitudinē ad politicā. ibi. (Milites aūt timidi ſūt.) ¶ Dicᷣ ḡ ꝑ̄ ꝙ in ſingulis experiētia vīᷣ eē q̄dā fortitudo. In q̄lꝫ .n. negocio audacter ⁊ ſine timore opaᷣ ille q̄ eſt expertꝰ.

Qualiter experientia vīᷣ eē q̄dā fortitudo.

Sicᷣ Vegetius dicᷣ in libꝰ de re militari. Nemo facē dubitat ꝙ ſe bñ didiciſſe ꝯfidit. Et ꝓꝑ h̄ Socrates eſtimauit ꝙ fortitudo eēt ſcia: que ēt ꝑ experientiā acqriᷣ. Eſtimauit ēt oēs alias ꝟtutes eē ſcias. Sꝫ de h̄ īfra in .6. ageᷣ. Sic ḡ cuꝫ

Vegetius. Socrates.

Lec. 11 Qz milites fortes facit experientia.

q̄dā alij ſint fortes ꝑ experiētiā in q̄buſdā alijs: ī rebꝰ bellicis milites ſūt fortes ꝑ experientiā. Ex quā qdē duo ꝯſequunᷣ. Quoꝝ ꝑ̄ᵐ eſt ꝙ in bellis mlta ſūt maiora: q̄ .ſ. inexpertis timorē īcutiūt. q̄uis paꝝ vel nihil ꝑiculi h̄ēant: ſicᷣ frāgor armoꝝ. ꝯcurſus equoꝝ. ⁊ alia h̄ꝫ. Que qdē maxīe aſpexerūt ꝑ experiētiā nō eē terribilia. Uñ videnᷣ fortes cū talibꝰ ſine timore ſe īgerūt que alijs .ſ. inexpertis ꝑiculoſa videnᷣ: qꝛ neſciūt q̄lia ſint. Scḋo ꝯſequūᷣ ex experiētia qḋ ꝑñt faceē .i. grauare aduꝰſarios ⁊ nō pati .i. grauari ab eis cuſtodiēdo .ſ. ſe ab ictibꝰ ⁊ ꝑcutiēdo alios: inq̄ꝫtū h̄ñt ꝑtātē ad h̄ñ vtēdū armis: ⁊ alia h̄ꝫ h̄ñt: q̄ ſūt efficacia ad h̄ ꝙ ipſi poſſint ledē alios: ita ꝙ nō ledanᷣ. Uñ manifeſtū ē. ꝙ ipſi pugnāt cū alijs ſicᷣ armati cū inermibꝰ. Quaſi .n. inermis vīᷣ q̄ armis nō pōt vti aut neſcit: ⁊ ſiſr eſt de athletis id eſt pugilibus fortibꝰ ⁊ īſtructis cū ydiotis .i. ruſticis inexptis. Quia in talibꝰ agonibꝰ .ſ. athletaꝝ nō illi q̄ maxīe ꝑñt pugnare ſunt fortiſſimi: ſꝫ illi q̄ ſunt potētes ſm ꝟtutē corporalē: vt h̄ñtes corpa bene diſpoſita. ¶ Deinde cum dicit.

Milites experti cōparanᷣ ad inexptos ſicut armati ad inermes.

¶ Milites aūt timidi ſunt qñ ſuperextēditur periculū ⁊ deficiunt multitudinibꝰ ⁊ preparationibꝰ. Primi enim fugiūt. Ciuilia aūt ꝑmanentia moriuntur. Qḋ in Hermeo ꝯtigit. His qdem eniꝫ turpe fugere: ⁊ mors tali ſalute eligibilior. Hi aūt ⁊ ex principio periclitabantur vt meliores exiſtētes. Cognoſcentes autem fugiunt mortem magis turpi timentes. Fortis autem nō talis.

Le. are.

¶ Sꝫ milites qdē timidi ſūt qñ maius ꝑiculuꝫ iminet. Uelut ſi pauciores aduꝰſus multos: aut īparati aduꝰſus paratos īſtructoſqꝫ ꝯgredianᷣ: ꝑmi .n. fugā arripiūt: vrbane ꝟo copie manēt atqꝫ intereūt: qḋ apud Homeꝝ accidit. Nā his turpe fugē: ⁊ mors h̄ꝫ preferenda. Illi ꝟo quaſi ſuperiores ab initio ſe periculis obiectarunt: moxqꝫ intellecta re: fugam arripuerūt: mortem magis q̄ꝫ dedecus formidantes. ſed fortis nequaq̄ꝫ talis eſt.

Argir.

¶ At ꝟo milites tūc timidi ſiunt cū excreſcit ꝑiculum: ⁊ inferiores ſunt copijs ac apparatu. Primi nāqꝫ fugaꝫ arripiunt: vrbane ꝟo copie manēt atqꝫ intereūt. Qḋ qdē ⁊ in hermeo accidit. Hi nāqꝫ turpe fugere ⁊ mortē tali ſaluti preferēdam eſſe cēſent. Illi ꝟo vt ſuperiores ab initio ſeſe obiectant ꝑiculis. Re aūt intellecta fugā arripiunt mortē magis q̄ꝫ dedecus formidantes: ſed ꝟo fortis nō eſt talis.

.S.Tho.

Dif̄a ſiter ciuilē ⁊ militarē fortitudinē. ⁊ q̄ eaꝝ ſit melior.

¶ Cōparat militarē fortitudinē ad politicā. Et dicit ꝙ milites tādiu fortiter agūt q̄ꝺiu nō vidēt picula iminē. Sꝫ qñ piculū excedit ꝑitiā: q̄ a h̄n̄t in armis: ⁊ qñ nō h̄n̄t multitudinē ſecū: vel alias ꝑparatiōes bellicas. tūc efficiunt̄ timidi. Et tūc ꝑmi fugiūt: nō. n. ꝑꝑ aliud erāt audaces: niſi q2 exiſtimabāt ſibi piculū nō iminē. Et iō qñ vidēt piculū ꝑmi fugant̄. Sꝫ illi q̄ ſunt ciuilr̄ fortes ꝑmanētes in piculis moriunt̄. Sic̄ accidit in q̄dā loco vbi militib⁹ fugiētib⁹ ciues remanſerūt. Quia ciues turpe reputabāt fugē ⁊ magis eligebāt mortē q̄ȝ ſaluari ꝑ fugā. Sꝫ milites a ꝑn̄ exponūt ſe piculis extimātes ſe potētiores. Sed poſtq̄ȝ cognouerūt aduerſarios eſſe potētiores: fugiūt magis timētes mortē q̄ȝ turpē fugā. Nō eſt aūt ita de forti qui magis timet turpitudinem q̄ȝ mortem.

Quid magis eligit fortis.

Lectio. xvij.

Et furorem aūt ſuper fortitudinē inferunt. Fortes enim eſſe videntur ⁊ qui ꝑpter furorem quemadmodum fere in vulnerantes ferūtur: qm̄ ⁊ fortes furoris ſpeciem habēt. Impetuoſiſſimus enim furor ad picula. Unde ⁊ Homerus. Uirtutē imitte furori. Et virtutem ⁊ furorem erige. Et auſteram aūt per ſingulas nares virtutem emittebat ⁊ ebulliuit ſanguis. Oīa enim talia videntur ſignificare furoris erectionem ⁊ impetum.

Le. are.

¶ Iram quoq̄ȝ in fortitudinē referūt. Uident̄. n. fortes qui per irā ceu fere beſtie in ꝑcuſſores ferunt̄: qm̄ ⁊ fortes iracūdi ſunt. Impetuoſiſſima q̄dē res eſt ad picula capeſſenda. animi ꝯcitatio. Uñ Homerus. Robur aīs imecit. ⁊ alibi. Uim ⁊ animum ꝯcitauit: ſubijtq̄ȝ per nares impetus: ⁊ efferbuit ſanguis. Hec omnia ſignificare videntur: animi concitationem ⁊ impetum.

Argir.

¶ At qui irā ēt ad fortitudinē referūt. Fortes. n. ⁊ hij vident̄ qui ob irā ferunt̄ ꝑinde atq̄ȝ fere in eos qui ipſos vulnere affecerūt: q2 ⁊ fortes ꝯcitant̄ ira. Eſt. n. ira res impetuoſiſſima ad aggrediendā picula. Quapropter Homerus dixit. Uires iniecit ira. Et animū ira ꝯcitauit. Et acuta ꝑ nares vis: ⁊ efferuit ſanguis. Hec enim vniuerſa ire cōcitationem impetumue ſignificare videntur.

S.Tho.

De fortitudine q̄ ē per iram. Irati videntur fortes. Exēplum in beſtijs.

¶ Poſitis duob⁹ modis fortitudīs nō vere. hic ponit 3ᵐ modū. ſ. q̄ eſt ꝑ irā ipellētē ad actū fortitudīs. Et circa h̄ duo facit. Pr̄o. n. oſ̄dit q̄uō furor ꝯduut ad actū fortitudinis. S̄c̄d̄o oſ̄dit dr̄iam ad verā fortitudinē. ibi. (Fortes q̄dēȝ igit̄ ⁊c̄.) ¶ Dicit ḡ p̄. ꝙ hoīes in cōi vſu loquēdi iſerūt furorē ſup̄ fortitudinē: dr̄i. ſ. fortitudini attribuunt ea que ꝑ furorē furētes vel irati faciūt. Nā furētes vel irati vident̄ eē fortes. Sic̄ ⁊ beſtie q̄ i furorē ꝯcitate irruūt i hoīes qui eas ꝟberāt. H̄ꝫ. n. fortitudo quādā furoris ſilitudinē: inq̄ȝtū. ſ. furor cū magno ipetu iduucit in picula. Fortis aūt cūȝ magna v̄tute aī in picula tēdit. Et iduucit ad h̄ ꝟſus Homeri. Qui ī monēdo quēdā dic̄. Uirtutē imitte furori: vt. ſ. furor ꝑ v̄tutē aī reguler̄. Et v̄tutē erige ⁊ furorē: vt. ſ. ꝑ irā v̄t⁹ animi ꝑmptior ad actū reddat̄. Et alibi dicit de q̄buſdā: ꝙ ꝑ ſingulas nares emittebāt auſterā v̄tutē. ſ. furorē: q̄ ꝑꝑ calefactionē cordis facit cū magno ipetu reſpirare: intm̄ ꝙ aliq̄ñ ex ipetu ire ebulliit ſāguis ꝑ nares. Et dic̄ ꝑh̄o ꝙ ꝑdicta ꝟba Homeri vident̄ ſignāre ꝙ furor erigat̄: ⁊ ipetus faciat ad actus fortitudinis. ¶ Deinde cum dicit.

Homer⁹.

Quo q̄s ex impetu ire ebullit ſanguis e naribus.

¶ Fortes q̄dem igitur propter bonuȝ operantur. Furor autem cooperatur eis.

¶ Fortes igit̄ ꝑpt̄ decus faciūt. Ira ꝟo eos.

Le. are.

¶ Fortes igit̄ ob honeſtatem agūt ⁊ ipſis ira ſubminiſtrat.

Argir.

S.Tho.

¶ Oſ̄dit dr̄iam h⁹ fortitudīs ad verā fortitudinē. Et circa h̄ tria fac̄. Pr̄o oſ̄dit q̄d ꝯueniat vere fortitudini. S̄c̄d̄o q̄d ꝯueniat furori beſtiaꝝ. ibi. (Fere āt ꝑꝑ triſtitiaȝ ⁊c̄.) 3° q̄d ꝯueniat furori h̄uano. ibi. ⁊ hoīes vtiq̄ȝ. ¶ Dic̄ ḡ ꝙ fortes non ipellunt̄ ad opa fortitudinis ꝑagēda ex ipetu furoris: ſed ex intētione boni: ſed furor ſecūdario ſe h̄ꝫ in actu eoꝝ admodum cooperantis. ¶ Deinde cum dicit.

Quid moueat fortes ad bellū.

¶ Fere aūt ꝑpter triſtitiam. Propter vulnerari enim vel ꝑpter timere. Quia ſi in ſylua vel in palude eēnt non aduenirent. Non vtiq̄ȝ ſunt fortes a dolore ⁊ furore impulſi ad periculum nihil periculoꝝ preuidentes. Quia ſic ⁊ aſini fortes eēnt eſurientes. Percuſſi eni nō deſiſtunt a paſcuis. Sed ⁊ adulteri ꝑpter ꝯcupiſcētiam ⁊ audaciam multa operant̄. Nō vtiq̄ȝ ſunt fortia per dolorem vel furorē impulſa ad piculum. Nālíſſima aūt videt̄ que ꝑpter furorem eſſe: ⁊ preaccipiens electionē ⁊ cui⁹ gr̄a: fortitudo eſſe.

Le. are.

¶ Beſtie ꝟo ꝑꝑ dolorē: ſi vulnerate ſint aut timeāt. Nam cū in ſylua vel in palude ſūt: neq̄q̄ȝ inuadūt. Nō eſt igr̄ fortitudo ſi dolore aut ira ꝯcitati in piculū deferunt̄: nihil ꝑuidētes eoꝝ que icurrāt. Nā ſic aſini quoq̄ȝ fortes eſſent: cū ne ꝟberib⁹ q̄dē a pabulo remoueri ꝑſīt. Mechi ēt ꝑꝑ libidinē multa audēt. Nō ḡ ſunt illi fortes dicēdi qui ꝑ dolorē aut iram picula adeūt. Proxime aūt ad eam que maxime ſm̄ nām eſt: accedere videt̄ fortitudo: que per iraȝ ſit ſi mō electionem rōnemq̄ȝ ante ſuſceperit.

Argir.

¶ Fere aūt ob dolorē. Quia nāq̄ȝ vulnus acceperūt: vel q2 timēt. Nā ſi ſuis in luſtris ſint nō inuadūt. Nō igit̄ ſūt fortes ꝑpterea ꝙ a dolore ꝯcitate ac ira ad piculū irruūt: nihil ꝑuidētes maloꝝ. Nā h̄ mō ⁊ ipſi aſini cū eſuriunt fortes eēnt. Nō. n. a pabulo ꝟberib⁹ dimouent̄. Adulteri q̄ȝ ꝑꝑ libidinē multa audēt. Nō igit̄ fortes ſunt que ob dolorē ac irā ad picula cōpellunt̄. Maxime aūt nālis ea eē vī que eſt ob irā: ⁊ eſſe fortitudo electione ſumpta finēq̄ȝ.

S.Tho.

Quō ira beſtiaꝝ ſe habeat ad actū fortitudīs.

¶ Oſtendit q̄uō ira beſtiaꝝ ſe h̄eāt ad actuȝ fortitudinis. Et dicit ꝙ fere aggrediunt̄ picula ꝑpt̄ triſtitiā. i. maloꝝ que actu patiunt̄. Puta cū vulnerant̄. Uel ꝑpter timorē eoꝝ que timēt ſe paſſuras. Puta ſi timēt ſe vulnerādas: ex h̄ incitate ad irā hoīes inuadūt. Quia ſi eēnt in ſylua vel in palude nō vulnerarent̄ nec timerēt vulnerari: ⁊ ita nō venirēt ad inuadēdos hoīes. Uñ ꝑꝫ ꝙ in eis nō eſt vera fortitudo: q2 ipellunt̄ ad picula ſolū dolore ⁊ furore. cū tñ nihil piculoꝝ ꝑuideāt. Sicut illi q̄ ex electione fortiter operant̄. Si. n. beſtie que ex paſſione agūt fortes eēnt. pari rōne ⁊ aſini eēnt fortes qui ꝑpter ꝯcupiſcētiā cibi nō deſiſtūt a paſcuis: qñ eſuriūt lꝫ ꝑcutiant̄. Et ſilr̄ ēt ꝑpter ꝯcupiſcētiam venereoꝝ. multa auſibilia aggrediunt̄: nec tñ in his eſt vera fortitudo. Quia nō operant̄ ex electione boni: ſed ꝑpter paſſionē. Et ſic ꝑꝫ: ꝙ nec ēt aīalia que ꝑpter dolorē impellunt̄ ad picula h̄n̄t verā fortitudinē. Et q̄ȝuis poſita ſit ſilitudo de ꝯcupiſcētia ⁊ furore: inter oēs tñ paſſiones illa fortitudo videt̄ eſſe cōnaturalior vere fortitudini que eſt ꝑpter furorē: ita ꝙ ſi preaccipiat electionē ⁊ debitum finē cuius gratia operet̄ erit vera fortitudo. Et ſignanter dicit preaccipiens: q2 in vera fortitudine furor debet ſequi electionem: non preire. ¶ Deinde cum dicit.

Que moueāt feras ad inuadendos hoīes.

Quo fere picula nō ꝑuideant.

De ꝯcupiſcētia ⁊ furore quō ſe habeant ad fortitudinem.

¶ Et homines vtiq; irati qdem dolent. puniẽtes autẽ delectantur. Qui autem ꝓpter hec pugnaces qdem: nõ fortes autem. Non enim ꝓpter bonum neq; vt ratio: ſed ꝓpter paſſionem. Simile autẽ habent aliquid.

Le. are. ¶ Et hoies ſane iraſcẽdo qdẽ dolẽt. Vlciſcẽdo vo letant. ſed qui ꝑ hec agũt: pugnaces qdem ſunt: at non fortes. Nõ eniʒ decore neq; rõne: ſed ꝑturbatione animi id agũt: habent tamen quid ſimile fortibus.

Argir. ¶ Et ipſi etiam hoies cũ iraſcunt dolent. Cũ vlciſcunt capiũt voluptatẽ. Qui aũt pp hec agũt pugnaces qdẽ ſũt: at nõ fortes. Nõ. n. ob honeſtatẽ agũt: nec vt rõ ꝓcipit: ſʒ ob ipm affectũ. Aliqua tñ ex pte ſunt ſimiles fortibus.

S. Tho.

De fortitudine q̃ ẽ ꝑ irã in hominibus.

¶ Oſdit qd ꝯueniat fortitudini que eſt ex ira in hoib⁹ qui qdẽ videt ex electione opari ⁊ aliquẽ finẽ intẽdere. ſ. punitionẽ ei⁹ ꝯtra quẽ iraſcit. Vñ dicit ꝙ hoies irati: dolẽt ꝓpt iniuriã illatã ⁊ nõdũ vindicatã. Sʒ qñ iam puniunt delectant: vtpote ſuũ deſideriũ implẽtes. Qui aũt ꝓpter h̃ fortiter opant poſſunt qdẽ dici pugnãtes: ſʒ nõ fortes. Quia nõ operant bonũ neq; ductu rõnis: ſed ꝓpter paſſionem: ꝓpter quã vindictã appetũt. Habent tñ aliqd ſile vere fortitudini: vt ex ꝑdictis pʒ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq; enim bone ſpei differentes exiſtẽtes fortes. Propter multotiens enim ⁊ multos viciſſe confidunt in periculis.

Le. are. ¶ Nec ẽt qui pp fiduciam ſui audẽt: fortes vtiq;. Cõſuetudine enim vincẽdi: fiduciam in piculis ſuſcepere.

Argir. ¶ Nec ẽt ĩ qui ſunt ſpe freti ſunt fortes. Nam ex eo q: ſepe multoſq; vicerunt fiduciam in periculis habent.

S. Tho.

De fortitudinẽ pp ſpẽ

¶ Ponit 4ᵐ modũ fortitudinis: ſm ꝙ aliq fortes dicunt pp ſpem. Et circa h̃ tria facit. ꝑ ponit hũc modũ fortitudinis. 2° cõparat hũc modũ ad verã fortitudinẽ. ibi. (Cõſimiles aũt ⁊c.) 3° infert qddã correlariũ ex dictis. ibi. (Propter qd fortioris ⁊c.) ¶ Dicit ꝑ ꝑ. ꝙ ſicẽ illi qui pp irã fortiter agũt nõ ſũt vere fortes: ita neq; illi qui pp ſolaʒ ſpem victorie vere fortes dicunt. Qꝛ nõ ſũt vere fortes q pp ſpem victorie fortiter agũt. Eſt. n. in eis aliq̃ preeminẽtia ꝑ quã differũt ab alijs: q: pp h̃ ꝙ multotiẽs vicerũt in piculis exiſtẽtes ꝯfidunt ẽt nũc victoriam optinere nõ ꝓpt aliquã peritiã quã ꝑ experientiaʒ ſunt adepti. Hoc. n. ꝑtinet ad 2ᵐ modũ fortitudinis. ſʒ ꝓpter ſolã fiduciam quaʒ ex frequẽtibus victorijs acceperũt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Conſimiles autẽ qm̃ ambo audaces. Sed fortes quidem ꝓpter predicta audaces. Hi aũt ꝓpter extimare meliores eſſe: ⁊ nihil cõtra pati. Tale aũt faciunt ⁊ inebriati. Bene ſperantes enim fiunt. Quando aũt ipſis nõ accidunt talia fugiunt. Fortis autem erit terribilia homini exiſtentia: ⁊ nõ apparẽtia ſuſtinere: quoniam bonũ. ⁊ turpe non.

Le. are. ¶ In eo tñ fortib⁹ ſimiles: qd vtriq; picula ꝯtemnũt. Veꝝ fortes ob eas rõnes q̃s ſupra dixim⁹. Iſti vo qd ſupiores ſe fore ſperãt: ⁊ nec eis reſiſti poſſe. Sʒ ebrij quoq; tale aliquid faciũt. fidentes enim fiunt cũ ebrij ſunt. Cum vo nõ ſunt ebrij: pericula fugiunt. Viri aũt fortis eſt: que hominibus terribilia videntur ⁊ ſunt: ea ſubire: q: decoꝝ ſit ita facere: ⁊ turpe non facere.

Argir. ¶ Sunt aũt ſiles fortibus: q: vtriq; confidunt. Sed fortes qdem ob eas res quas paulo antea dixim⁹. Illi vo q: ſe ſuperiores eſſe putant: ⁊ nihil viciſſim ſuſcepturos mali. Tale ⁊ ipſi ebrij faciunt. Sperant. n. oĩa ſibi ꝓſpere euenire. Cum vo non eueniunt ipſis talia: fugam arripiunt. At viri fortis erat res eas que ſunt hoibus ⁊ videntur formidoloſe ferre: q: honeſtũ eſt ferre: ⁊ turpe non ferre.

S. Tho.

¶ Cõparat hãc fortitudinẽ vere fortitudini. Et dicit ꝙ iſti q ſic ſũt bñ ſperãtes ſunt ꝯſiles vere fortib⁹: q: ambo ſũt audaces. i. picula audacter aggredietes. nõ aũt ſm ꝙ audax dr̃ aliqs vicioſe. Sʒ differũt: q: fortes audacter aggrediũtur pp ꝑdicta. ſ. ex electiõe: ⁊ pp bonũ. Sʒ iſti qui ſũt bone ſpei aggrediunt audacter pp h̃ ꝙ eſtimãt ſe eẽ meliores in pugna ⁊ nihil ſe paſſuros ꝯtrarij ab aliqo. Et eſt ſile de iebriatis: q ẽt multiplicatis ſpiritib⁹ pp vinũ efficiunt bone ſpei. Sed qñ talib⁹ nõ accidũt ea que ſperant nõ ꝑſiſtũt ſed fugiunt. Sed ꝓprium fortis eſt vt ſuſtineat ꝓpter bonũ vel ad euitãdã turpitudinẽ inhoneſti ea que ſunt hoi terribilia ſm rei ꝟitatẽ: ⁊ nõ ſolũ ſm apparẽtiã. ¶ Deinde cũ dicit.

Cõparatio inter fortitudinẽ ꝓpter ſpẽ ⁊ fortitudinẽ verum. Audax duplicit. Qꝛ ebrij eſſi. ſunt bone ſpei. Quid eſt proprium fortis.

¶ Propter qd fortioris videt eſſe in repẽtinis timoribus ⁊ impauidũ ⁊ inturbatũ eſſe q̃ȝ in ꝑmanifeſtis. Ab habitu. n. magis vel qm̃ minus ex preparatione. Premanifeſta qdem enim ſi ex ratione ⁊ cogitatione aliqs preeligat. Repentina aũt ſm habitum.

Le. are. ¶ Quãobrem fortior eſſe videt qui ſubitis iprouiſiſq; periculis non turbat: q̃ȝ qui manifeſtis atq; prouiſis. Habitu enim magis hec agit: vel certe minus ex ꝑparatione. Naʒ preuiſa quidem ratione ⁊ cogitatione: ſubire quis poteſt. Repentina vo vt habitus eſt: ita ꝑferuntur.

Argir. ¶ Quãobrem ⁊ magis fortis eſſe videt ſubitis poti⁹ in terrorib⁹ interitũ eẽ ac ſine turbatione q̃ȝ in ꝓuiſis. Eſt. n. ab habitu magis aut min⁹ ex apparatu. Nã antea viſa cogitatione ⁊ rõne qſpiã eliget. At ea q̃ repẽte eueniũt habitu.

S. Tho.

¶ Infert qddã correlariũ ex dictis. Quia. n. ad fortẽ ptinet ſm iclinationẽ ꝓprij habit⁹ terribilia ſuſtinẽ magis videt eẽ fortis q in repẽtinis timorib⁹ nõ timet neq; ꝑturbatur: q̃ȝ ſi h̃ accidat in his q̃ ſũt ꝑuis manifeſta. Magis. n. videt eẽ ab habitu: inq̃ȝtũ min⁹ videt ſe ꝑparaſſe ad talia ſuſtinẽda. Illa. n. que ſũt ꝑuis manifeſta põt aliqs eligere ꝑ rõnẽ: ⁊ deliberationeʒ ẽt ꝯtra iclinationẽ habit⁹ vel paſſionis. Nulla. n. cã eſt tã vehemẽs iclinatio habit⁹ vel paſſionis. cui rõ nõ poſſit reſiſtere. dũmõ remaneat hoi rõnis vſus per quẽ per ſe: ſe hʒ ad oppoſita. Sed in repẽtinis hõ non põt deliberare. Unde videt opari ex interiori inclinatione que eſt ſm habitum. ¶ Deinde cum dicit.

Correlarium. Qꝛ magis cognoſcit habit⁹ fortitudinis in repẽtinis terrorib⁹ q̃ȝ i ꝑcognitis. Qꝛ nulla eſt tã vehemẽs iclinatio habit⁹ vel paſſionis cui rõ non poſſit reſiſtere.

¶ Fortes aũt videnť ⁊ ignorãtes. Et ſũt nõ lõge ab his qui bone ſpei. Deteriores autẽ quãto dignitatẽ nullam hñt. Illi aũt ꝓpter qd ⁊ ꝑmanent per aliqd tp̃s. Hi aũt decepti qm̃ ſi cognouerint aliud q̃ȝ ſuſpicantur fugiunt. Quod argi patiebantur incidẽtes laconibus vt ſitionijs. Et fortes vtiq; dicti ſũt quales quidam: ⁊ exiſtimati fortes.

Le. are. ¶ Fortes videnť ⁊ qui ignorant: nec multum abſunt ab ijs qui ꝓpter fiduciam audẽt: ſed eo deteriores ſunt: qd non exiſtimatione vt illi ſʒ ignorãtia audẽt. Itaq; illi ſuſtinẽt aliqd tp̃s. Hi vo ſimul atq; intelligũt aliud eẽ ꝗ̃ ipſi putabãt: aufugiũt. Quod argiuis ꝯtigit cuʒ in lacedemonios inciderunt: quos ſicionios eſſe putabant. Dictum eſt qui fortes ſunt: ⁊ qui fortes eſſe videantur.

Argir. ¶ Fortes ẽt eſſe videnť ⁊ qui ignorant. Et ſunt nõ longe ab ijs qui ſpe freti ꝯfidunt. Deteriores aũt ſunt. q̃ȝtum dignitatis

tatis nihil habent. illi aũt hñt. Quapropter ꝛ aliquo tpe manet. Hi ṽo decepti ſi cognouerint vel ſuſpicati fuerint aliud eẽ ꝙ putabãt fugiũt. Qđ qdẽ Argiuis ↄtigit cũ in Lacedemonios tanꝗ̃ in Sycionios icidiſſent. Dcm̃ igiẗ q̃les nã ſint ipſi fortes: ꝛ ĩ quoqꝫ qui fortes eſſe videnẗ.

S. Tho.

De quīto mõ fortitudinis nõ vere q̃ cauſaẗ ex ignorãtia piculoꝝ. Cõparatio īter fortes pp ignorãtiã ꝛ fortes pp ſpẽ victorie.

¶ Ponit 5ᵐ modũ fortitudinis nõ vere. Et dic̃ ꝙ illi q igno rant picula videnẗ eẽ fortes. dum. ſ. audacter aggrediunẗ: ea que ſunt piculoſa. lꝫ eis nõ videanẗ. Et nõ lõge differũt ab his: qui ſunt fortes ꝓpter bonã ſpem. Utriqꝫ. n. eſtimãt non imminẽ eis picula. Sed in h̃ differũt: ꝙ ignorãtes non eſtimãt ea que aggrediunẗ eẽ ſimplr ꝛ in ſeipſis piculoſa. Et illi q ſunt bone ſpei cogñſcunt q̃lia ſint in ſe ea que aggrediunẗ. Sꝫ tñ nõ reputãt ea eẽ ſibi piculoſa. Uñ illi qui ſunt ignorãtes tanto ſunt deteriores illis q ſunt bone ſpei: quãto nullã dignitatẽ hñt: ſꝫ ex ſolo defectu ſcie ad picula currũt. Illi aũt qui ſunt bone ſpei: ẽt poſtꝗ̃ cogñſcunt picula ꝑmanẽt per aliqđ tpe: donec. ſ. magnitudo piculi ſuperet eoꝝ ſpem. Sed illi q per ignorãtiã ſunt fortes: ſtatim vt cogñſcũt aliud eẽ ꝙ ſuſpicabanẗ fugiũt. Qđ paſſi ſunt argiui q erãt qdã ciues grecie. q dum putarẽt ↄtra Sycionios pugnare: q erãt aliq̃ ciues eis iſirmiores: icideruñt ĩ qſdã alios fortiores. Ultimo aũt ↄcludit ꝙ hi de qb9 dcm̃ eſt dr̃ fortes inꝗ̃tum eſtimanẗ fortes. ꝓpter ſimilitudinem non ꝙ vere ſunt fortes.

Exẽplum

Lectio. xviij.

Circa audacias aũt ꝛ timores fortitudo exñs nõ ſilr circa ambo ẽ: ſed magis circa terribilia. In his eni ĩpturbat9: ꝛ circa hec vt opꝫ habẽs fortis magis ꝙ qui circa audacias.

Le. arc. ¶ Quãuis autem circa terribilia ꝛ audenda fortitudo ſit: nõ tñ pariter in vtroqꝫ verſaẗ ſed magis circa illa que nos terrent. Qui. n. circa illa iterrit9 eſt: atqꝫ ita vt opꝫ in illis ſe hꝫ magis eſt fortis ꝙ qui circa audenda.

Argir. ¶ Sed q̃ꝗ̃ circa fiducias metuſque fortitudo verſaẗ: tamẽ nõ ſimili modo circa vtrũqꝫ: ſed magis circa res formidoloſas cernitur. Qui nãqꝫ non turbatur in hiſce: atqꝫ ſe habet circa has vt oportet: magis eſt fortis ꝙ is q circa eas in quibus cõfiditur ſe habet vt oportet.

S. Tho.

¶ Poſtꝗ̃ pħs determinauit mãm ꝛ actũ fortitudinis. hic determinat q̃ſdã ꝓprietates fortitudinis ſꝫ ꝙ fortitudo ſe hꝫ ad delectatiõe vel triſtitiã. Et circa h̃ duo fac̃. Pͥo ponit fortitudis ꝓprietates. Scđo excludit eas a militari fortitudine. (Milites aũt vel forſitã ꝛc̃.) ¶ Circa pᵐ tria facit. Pͥo oñdit quõ ſe hꝫ fortitudo ad timorẽ ꝛ audaciã. Sedo quõ fortitudo ſe hẽat ad triſtitiã. ibi. (Suſtinendo vtiqꝫ ꝛc̃.) Tertio quõ ſe hẽat ad delectationẽ. ibi. (Sed ꝛ adhuc vĩ ꝛc̃.) ¶ Dicit ḡ pͦ. ꝙ cũ fortitudo ſit circa audacias ꝛ timores nõ equalr̃ eſt circa vtrũqꝫ. Sꝫ magis laus hui9 ṽtutis eſt in h̃ ꝙ aliqs bñ ſe hꝫ circa terribilia. Ille. n. qui in terribilib9 nõ pturbaẗ: ſꝫ circa ea ſe hꝫ ſicut opꝫ: magis cõmẽdaẗ ꝙ ſit fortis: ꝙ ille q bñ ſe hꝫ circa audacias. Et h̃ ideo: q: timor iminet hoĩ ab aliquo fortiori ↄtra ipſm iſurgẽte. Audacia ãt ↄſurgit ex h̃ ꝙ aliqs eſtimat eũ quẽ inuadit ſuã nõ excedẽ ptãtẽ. Difficili9 aũt eſt ſtare ↄ̄ fortiorem ꝙ iſurgere in eq̃lẽ vel minorẽ. ¶ Deinde cũ dicit.

Ꝙ fortitudo ẽ circa timores ꝛ audacias, nõ ex equo q: magis circa timores.

Ratio.

¶ In ſuſtinẽdo vtiqꝫ triſtia vt dcm̃ eſt fortes dicuntur ꝓpter qđ ꝛ triſte fortitudo ꝛ iuſte laudatur. Difficilius. n. triſtia vt dcm̃ eſt ſuſtinere ꝙ a delectabilibus abſtinere.

Le. arc. ¶ Toleratiõe. n. grauiũ ꝛ aſpaꝝ reꝝ fortes dr̃. Itaqꝫ grauie qddaꝫ ꝛ aſpeꝝ fortitudo eſt: ac merito laudaẗ. Difficilius enim eſt dolores ꝑpeti: ꝙ a voluptatib9 abſtinere.

Argir. ¶ Fortes igiẗ ex eo dicunẗ: q: res vt dcm̃ eſt iferẽtes dolores tolerãt. Iccirco fortitudo dolores affert ꝛ nõ iniuria laudaẗ. Difficili9. n. eſt dolores ferre ꝙ a voluptatib9 abſtinẽ.

S. Tho.

¶ Oñdit q̃lr fortitudo ſe hẽat circa triſtitiã. Ad cui9 euidẽtiã ↄſiderãdũ eſt. ꝙ idẽ eſt obiectũ timoris ꝛ triſtitie. ſ. malũ. Sꝫ differũt ſm dr̃am pteriti ꝛ futuri. Nã malũ futuꝝ eſt terribile. malũ aũt pñtialr̃ imminẽs eſt ↄtriſtãs. Ad fortẽ aũt ptinet nõ ſolũ ſtare ↄ̄ timores futuroꝝ piculoꝝ: ſꝫ ẽt in ipſis piculis ꝑſiſtẽ: ſic ſupꝰ dcm̃ ẽ. Et ĩõ dic̃. ꝙ ꝑcipue dicunẗ fortes: ex eo ꝙ bñ ſuſtinẽt triſtia. ſ. pñtialr̃ iminentia. puta ꝑcuſſiões ꝛ vulnera. Et ide eſt ꝙ fortitudo hꝫ triſtitiã adiũctã. Et ex h̃ iuſte laudaẗ: ꝙ nõ recedit a bono ṽtutis ad h̃ ꝙ fugiat triſtitiã. Rõnabilr̃ aũt ex h̃ fortitudo eſt maxime laudabilis: q: laus ṽtutis maxie ↄſiſtit in h̃ ꝙ aliqs bñ opeẗ circa difficilia. Difficilius aũt eſt ꝙ aliqs ſuſtineat triſtia: qđ ptinet ad fortitudinẽ ꝙ ꝙ abſtineat a delectabilibus: qđ ptinet ad tẽperantiam. Uñ laudabilior eſt. fortitudo ꝙ tẽperantia. ¶ Deinde cum dicit.

Quomõ ſ. hẽat fortitudo circa triſtitiã. Dr̃ obiecto timoris ꝛ triſtitie.

Ꝙ fortitudo laudabilis ẽ ꝛ magis ꝙ tẽperantia.

¶ Sed ꝛ adhuc videbitur vtiqꝫ eſſe qui ſm fortitudinẽ finis delectabilis. Ab his autem que circa finẽ euaneſcere: q̃le ꝛ in gymnaſticis agonib9 ſit. Pugilibus. n. finis delectabilis cuius gr̃a corona ꝛ honores. Percuti aũt doloroſum ſi carnales ꝛ triſte oĩs labor. Propter multa aũt hec eſſe: paruum exiſtens cuius gr̃a nihil delectabile videtur habere. Si vtiqꝫ tale eſt ꝛ qđ circa fortitudinem mors qdem ꝛ vulnera triſtia forti ꝛ volenti erunt. Suſtinet autẽ hec quoniam bonum: vel quoniam turpe non.

Le. arc. ¶ Attamẽ finis in fortitudine dulcis eẽ videẗ: ſꝫ a reb9 circũſtãtib9 obſcurari: qđ ꝛ in gymnicis certaminib9 euenit. Nã pugilib9 finis ipſe dulcis eſt: cui9 gr̃a corone honoreſqꝫ exiſtunt. Plagis ṽo pcuti ſi mõ illi e carne ſunt: doloroſa ſane atqꝫ moleſta: ꝛ oĩs laborioſa res eſt. Cũqꝫ hec multa ſint: ꝛ illõ cui9 gr̃a ſiũt paruũ: nihil dulce ↄtinẽ videẗ. Tale igiẗ qddã accidit circa fortitudinẽ. Mors ac vulnera forti viro doloroſa ſunt. eaqꝫ nollet. perfert tñ q̃m decorũ eſt illa perferre: vel turpe nõ perferre.

Argir. ¶ Enimuero fortitudis finis iocũdus eſt: veꝝ ab euenientibus dolorib9 obfuſcaẗ: vt ꝛ in certaminib9 fieri ſolet. Nã pugilib9 finis qdẽ ipſe iocũdus eſt gr̃a: cui9 certant corone inquã atqꝫ honores. Sed cedi moleſtũ eſt: cũ ſint e carne doloreſqꝫ affert ꝛ oĩs oĩno labor. Atqꝫ q: hec ſunt multa: ideo id gr̃a cuius certant: cũ ſit res parua nihil iocũdi videtur hẽ. Quod ſi tale ꝛ circa fortitudinẽ eſt mors qdem atqꝫ vulnera forti viro moleſta erũt atqꝫ inuito. Feret tñ qđ honeſtũ eſt ea ferre: vel turpe non ferre.

S. Tho.

¶ Oñdit quõ fortitudo ſe hẽat circa delectationẽ. Et circa h̃ tria facit. Primo oñdit ꝓpoſitũ. Scđo excludit errorẽ. ibi. (Et quãto vtiqꝫ ꝛc̃.) Tertio īfert qđdã correlariũ ex dcis. ibi. (Nõ vtiqꝫ in oĩb9 ꝛc̃.) ¶ Dicit ḡ pͦ. ꝙ cũ fortitudo ſit in ſuſtinẽdo triſtia: videẗ qdẽ fortis hẽ aliquã delectationẽ in aſſequutione finis pp quẽ fortiter agit: ſꝫ iſta delectatio euaneſcat. i. debilr̃ ſentiẗ pp circũſtãtes triſtitias ſicẽ accidit in agonib9 gymnaſticis: in qb9. ſ. pugiles nudi pugnãt. Delectanẗ. n. pugiles in fine: cui9 gr̃a pugnãt. ſ. q: coronanẗ ꝛ honoranẗ. Sꝫ ſuſtinẽ ꝑcuſſiones eſt eis doloroſũ. Et h̃ negare eſt negare eos eẽ carnales. Quis ſi hñt

Ꝙ delectatio quã hꝫ fortis ĩ pſecutione ẽ debilis pp circũſtãtes paſſiones.

Exẽplum

Fortes leſi ea ſentiunt qꝛ carnem habent. Delectatiõ abſorbet a maiori triſtitia. Habet fortis ſuſtinet triſtia.

carnē ſenſibilē neceſſe eſt ꝙ leſiua inferāt eis dolorē. Et ſilr ois labor quem ſuſtinēt in pugnādo eſt eis triſtabilis. Et qꝛ eis ſunt multa triſtabilia ⁊ doloroſa que ſuſtinēt: ⁊ bonum qḋ hñt pro fine eſt aliqḋ paruū nō videntˀ aliquā delectationē ſentire: qꝛ delectatio abſorbetˀ a maiori triſtitia. Et ita etiā accidit in actu fortitudinis: qꝛ mors ⁊ vulnera ſunt doloroſa forti: ꝙuis fortis ea ſuſtineat ꝓpter aſſequendum bonū virtutis: ⁊ ꝓpter vitandam turpitudinē vitioſam: qui qdē finis eſt potior ꝙ; pugillus. Unde magis remanet aliqḋ de delectatione finis. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Et quanto vtiqꝫ virtutem habeat oēm ⁊ felicior ſit magis in morte triſtior erit. Tali enim maxime viuere dignum. Et iſte maximis bonis priuatur ſciens.

Le. are. ℭ Et quāto magis oi ṽtute pollet: quātoqꝫ felicior eſt: tāto magis illi moleſta eſt mors. Nā huiuſmodi vir maxime dignus eſt vita: ⁊ maximis bonis priuatˀ ſciens.

Argir. ℭ Atqꝫ ꝙ magis ois ṽtute pollet ⁊ felicior eſt: eo magis ob mortē ſane dolebit. Uir. n. talis maxīe dignus eſt vita: maximiſqꝫ bonis ꝓuatˀ idipm ſciens: qḋ qdem dolorē affert.

S. Tho.

Opio ſtoicorꝫ qꝛ ṽtuoſus nullaꝫ triſtitiā hꝫ. Cõ ꝫ ſtoicos ſola ṽtus eſt bonū hois. Opio phi ꝯtraria.

ℭ Excludit errorē ſtoicorꝫ. q aũt ponebāt ꝙ ṽtuoſi nullaꝫ triſtitiā hñt. Circa h̄ duo facit. Prio oñdit ꝙ forti iminet maxima triſtitia. Scḋo ꝙ p h̄ nō minuitˀ eius fortitudo: ſꝫ augetˀ. ibi. (Triſte aũt ⁊c̄.) Arguit aũt in pˀ pte ex eo ꝙ ſupponebāt ſtoici. ſ. ꝙ nihil eēt bonū hois niſi ṽtus. Et iō dicebāt ṽtuoſum nō triſtari: qꝛ in ꝓpo bono nō patitˀ aliqḋ detrimētū. Sed ecõuerſo phs dicit ꝙ ꝙ̄to aliqs eſt magis pfectˀ in ṽtute: ⁊ magis felix ſm felicitatē pñtis vite: tāto magis iminet ei triſtari in morte ſm ꝯſiderationē bonorꝫ pñtis vite. Duo. n. ſūt que augēt triſtitiā alicuiˀ hois in amiſſione alicuiˀ boni. Prio qdē qꝛ ꝓuatˀ bono ꝙ dignˀ erat. Scḋo pp magnitudinē boni quo ꝓuatˀ. Et vtrūqꝫ accidit i ꝓpoſito: qꝛ ṽtuoſo maxīe dignū eſt ꝙ viuat. Priuatˀ ēt ṽtuoſus ſciēter maximis bonis. ſ. optīa vita ⁊ ṽtutibˀ q̄s amittit ꝙ̄tū ad vſuꝫ pñtis vite. Et h̄ infert ei triſtitiā: ēt dato ꝙ nō immineat ei triſtitia reſpectu quorūcūqꝫ aliorꝫ malorꝫ ꝙ tolerantˀ ſalua vita. Cõſiderandū tñ ꝙ aliqbˀ ṽtuoſis pp ſpem future vite ſit mors deſiderabilis. Sꝫ neqꝫ ſtoici ſic loqbantˀ. Neqꝫ ad phm ptinebat de his ꝙ ad ſtatuꝫ alteriˀ vite ptinēt in pñti ope loqui. ℭ Deīde cū dicit.

Duo ſunt ꝙ triſtitiā augent.

Cõ aliqbˀ ṽtuoſis ſit mors deſiderabilis.

ℭ Triſte autem hoc. Sed nihil minus fortis. Forſitan autem ⁊ magis quoniā in bello bonum pre illis eligit.

Le. are. ℭ Doloroſa certe res: at nihilominus fortis ⁊ eo fortaſſe magis qḋ decus ⁊ gloriam belli anteponit illis.

Argir. ℭ Uerum nihilominˀ eſt fortis: ⁊ eo magis fortaſſe: ꝙ honeſtatem que eſt in bello his anteponit.

S. Tho.

Cõ lꝫ fortis triſtetˀ pp ea que amittit. nō tñ pp hoc ē minus fortis.

ℭ Dicit ꝙ ꝑdicta triſtitia nō minuit fortitudinē. Sed ex h̄ vr̄ aliqs magis fortis: ex eo ꝙ bonuꝫ fortitudinis qḋ queritˀ in bello: eligit pre illis bonis que moriēdo amittit: magis appetens vnū magnū bonum facē ꝙ; multa minora bona ſeruare: ſicut infra 9ˀ huiˀ dicetˀ. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Nō vtique āt in oibˀ virtutibˀ delectabiliter opari exiſtit ꝑter ꝙ; iquātū finē attingit.

Le. are. ℭ Nec ſane in omnibus virtutibus: cum delectatione operari licet: niſi quatenus finem attingunt.

Argir. ℭ Nec fit vt omnibus in virtutibus cum voluptate operemur: niſi quoad attingitur finis.

S. Tho.

Lec. 13. Cõ nō i oibˀ ṽtutibˀ exiſtit delectatio niſi reſpectu finis.

ℭ Cõcludit ex pmiſſis ꝙ lꝫ in pˀ ⁊ 2ˀ dcm̄ ſit. ꝙ opōnes ṽtutū ſunt delectabiles: nō tñ in oibˀ ṽtutibˀ exiſtit opatio delectabilis niſi ſm ꝙ attingit finē. Et hoc dr̄ propter fortitudinem: vt ex dictis patet. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Milites āt nihil forſitā prohibet nō tales eſſe optimos ſꝫ eos q minˀ qdē fortes. aliū āt bonū nullū habētes. Parati qdē enī iſti ad pericula: ⁊ vitā ad parua lucra ꝑmutāt.

Le. are. ℭ Milites nihil vetat ēt ſi tales nō ſint: tñ optimos eē. Parati ſiqdem ad picula vitam pro vili mercede abijciunt.

Argir. ℭ Nihil aũt fortaſſe vetat non eos qui tales ſunt pſtantiſſimos milites eſſe: ſed eos qui minus qdeꝫ ſunt fortes: nullam aũt aliud bonum hñt. Hi nāqꝫ parati ſunt ſeſe piculis obiectare: vitāqꝫ pro paruo emolumēto produnt.

S. Tho.

ℭ Excludit ꝑdictas ꝓprietates a militari fortitudine. Et dicit: ꝙ nihil ꝓhibet aliqs eē optimos milites: q nō ſūt tales q̄les deſcripſimˀ eē fortes. Sed forte illi q ſunt minˀ fortes ſūt milites meliores: ⁊ nullum aliud bonū attēdūt: ſicē nec fortitudis. Sūt. n. parati ad picula: nō pp aliqḋ bonū ṽtutis: ſꝫ vitā ſuā quā exponūt diſcrimini qdāmō cõmutāt ad parua lucra: puta ſtipēdiorꝫ ⁊ predarꝫ. ℭ Deinde cū dicit.

Cõ qdā ſūt optimi milites q non ſūt tales q̄les deſcripſi ſūt fortes. Cõ qdam milites cõmutant vitam ſuam ad parua lucra.

ℭ De fortitudine quidem igitur intantū dictum ſit. Quid autem eſt nō difficile typo accipere ex his que dicta ſunt.

Le. are. ℭ De fortitudie igitˀ hactenˀ dixiſſe ſufficiat. Quid vo illa ſit neqꝙ̄; difficile fuerit ex his que dicta ſunt intelligere.

Argir. ℭ De fortitudie igitˀ hactenˀ dixiſſe ſufficiat. Quid aũt ē ex his ꝙ dixīmˀ nō eſt difficile cõprehēdē ac aſſignare figura.

S. Tho.

Fortitudis deſcriptio.

ℭ Epilogat ꝙ dcā ſūt. Et dicit ꝙ pōt figuralr accipi qd eſt fortitudo. Ut dicamus ꝙ fortitudo eſt ṽtus medio mō ſe hñs ſm rōnē rectā circa timores ⁊ audacias pp bonum.

Lectio. xix.

Oſt hec de temperātia dicamus. videntur enim irrationabiliū partium he eſſe virtutes.

Le. are. ℭ Poſt hac de tēperantia dicemus. Uidentˀ hec virtutes irrationabilium eſſe partium.

Argir. ℭ Poſt hanc de tēperantia dicamus. Hec nāqꝫ ṽtutes partium earum eſſe videntur que ſunt rationis expertes.

S. Tho.

De tpātia.

ℭ Poſtꝙ; phs determinauit de fortitudine que reſpicit terribilia: que ſūt corruptiua hūane vite. hic agit de tēperantia que reſpicit delectabilia: qbˀ hūana vita ꝯſeruatˀ. ſ. cibos ⁊ venerea. Et circa h̄ duo facit. Primo dic̄ de quo eſt lectio. Scḋo exeqˀ ꝓpoſituꝫ. ibi. (Quā qdē ⁊c̄.) ℭ Dicit ḡ pˀ ꝙ poſt hec que dcā ſunt de fortitudine: dicēdum eſt de tēperātia. Et rōnē ꝯtinuationis aſſignat ex h̄ ꝙ iſte due ṽtutes ꝯueniūt in ſubiecto. Utraqꝫ. n. eſt irrōnabiliū ptiū: ptꝪ. ſ. irrōnalis po aie dr̄: que nata eſt ⁊ ꝯuenire ⁊ obedire rōni: vt. ḋ. in pˀ habitū eſt. Hꝫ aũt eſt appetitˀ ſenſitiuus: ad quē ptinēt aie paſſiones. Unī opꝫ ꝙ in appetitu ſenſitiuo ſunt ēē ṽtutes que ſunt circa paſſiões. Eſt aũt fortitudo circa paſſione timoris ⁊ audacie: que ſunt in iraſcibili. tēperātia vo eſt circa delectatiões ⁊ triſtitias ꝙ ſunt in ꝯcupiſcibili. Unī fortitudo eſt in iraſcibili: ſꝫ tēperātia eſt in ꝯcupiſcibili. Cõſiderādū tñ eſt ꝙ delectationes circa q̄s eſt tēperātia ſunt cões nobis ⁊ brutis. ſ. delectationes ciborꝫ ⁊ venereorꝫ. Et ſilr timores circa q̄s eſt fortitudo ſunt cões nobis ⁊ brutis ſꝫ timores mortis. Et iō ſpālr dixit ꝙ he due ṽtutes ſunt irrōnabiliū partiū: qꝛ ad irrōnales ptes aie ptinēt. nō ſolū pp ipſas paſſiones: ſꝫ ēt pp paſſionū obiecta. Sūt. n. qdaꝫ paſſiones ex quarꝫ obiectis bruta aialia nō patiuntˀ: ſicut diuitie ⁊ honores: ⁊ alia hꝫ. ℭ Deinde cum dicit.

Quare fortitudo ⁊ tēperātia ſpecialr ptinēt ad ptes aie irrōnales.

¶ Quoniã qdem igitur medietas circa delectationes tẽperantia dictũ eſt nobis. Minus enim ⁊ non ſimilr eſt circa triſtitias. In his autem ⁊ intemperantia videtur.

Le. are. ¶ Quod igit̃ tẽperantia circa voluptates mediocritas eſt: ſupra diximꝰ. Minus.n. ⁊ nequaq̃ ſimilr circa dolores. In his aũt ⁊ intemperantia eſſe videtur.

Argir. ¶ Atq̃ temperãtiam circa voluptates mediocritatem eſſe iam antea diximus. Minus tñ ⁊ non ſimiliter circa dolores verſatur. In eiſdem autem ⁊ intẽperantia eſt.

S. Tho.

¶ Incipit determinare de tẽperãtia. Et p̃ ingrit que ſit mã tẽperantie. Scḋo determinat actũ ipſius ⁊ oppoſitoꝝ vitioꝝ. ibi. (Concupiſcẽtiaꝝ autẽ.) Circa p̃m duo facit. Primo pponit in gñali mãꝫ tẽperãtie. Scḋo ingrit mãm ſpecialeꝫ. ibi. (Circa q̃les igit̃ ⁊c̃.) Circa p̃m reſumit tria que ſupra in 2° dicta ſunt. Quoꝝ p̃m eſt: q tẽperantia mediũ tenet circa delectationes. Scḋm eſt q ipſa ẽt eſt circa triſtitias: que. ſ. pueniũt ex abſentia delectabiliũ. Minus tñ tẽperantia eſt circa triſtitias q̃ circa delectationes: q2 efficacius aliqd agit per ſuã pñtiam q̃ per ſuã abſentiã. Tertium aũt q intẽperãtia ſilr eſt circa delectationes ⁊ triſtitias: eo q ↄtraria ſiunt circa idẽ. ¶ Deinde cũ dicit.

Lec. 10.

Lec. 8. Dis pſideraũda circa mãm tẽperantie i generali.

¶ Circa quales igitur delectationes nũc determinemus.

Le. are. ¶ Sed circa quas voluptates ſit: nũc determinemus.

Argir. ¶ Sed nunc circa quas eſt voluptates determinẽmꝰ opꝫ.

S. Tho.

¶ Ingrit ſpãlẽ mãm tẽperãtie. Et circa h̃ tria facit. Primo dicit de quo eſt intẽtio. Scḋo diſtinguit delectationes. ibi. (Determinant̃ aũt ⁊c̃.) Tertio oſtẽdit circa q̃les delectationes ſit tẽperãtia. ibi. (Quia circa tales ⁊c̃.) ¶ Dicit ḡ p̃mo q cũ tẽperãtia ſit circa delectationes: opꝫ nũc determinare circa q̃les delectationes ſit: vt in ſpeciali ratio tẽperantie cognoſcat̃. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Determinantur aũt aĩales ⁊ corporales: puta amor honoris: amor diſcipline vtroq̃ enim hoꝝ gaudet cuius amatiuus eſt. nihil patiente corpore: ſed magis mente.

Le. are. ¶ Diſtiguẽde ſũt voluptates aĩ ⁊ corpis. Ceu auiditas honoris: ⁊ auiditas diſcipline. Vterq̃. n. iſtoꝝ eo gaudet: cꝰ auidus eſt: nihil patiẽte corpe: ſꝫ magis itellectu.

Argir. ¶ Diuidant̃ igit̃ aĩe atq̃ corpis voluptates: vt honoris cupiditas ⁊ auiditas diſcipline. Nã tam ambitioſus q̃ auidus diſcipline eo gaudet cuius eſt auidus: ⁊ corpus nihil: ſed mens potius patitur.

S. Tho.

Delectatiõnũ diuiſ.

¶ Diſtinguit delectationes. Et dicit q eaꝝ quedã ſunt aĩales quedã corpales. Corporales qdem delectationes ſunt que ↄſumant̃ in quadã corpali paſſione exteriori ſenſus. Aĩales aũt delectationes ſunt que ↄſumant̃ ex ſola apprehenſione iteriori. Et exẽplificat de delectationibꝰ aĩalibus incipiens a cõi delectationis que eſt amor. Vnuſquiſq̃. n. delectat̃ ex hoc q h̃ꝫ id qḋ amat. Inuenit̃ aũt in qbuſdaꝫ amor honoris: ⁊ in qbuſdam amor diſcipline: que nõ apprehendunt̃ exteriori ſenſu: ſed interiori app̃henſione aĩe. Vnde vterq̃ eoꝝ. ſ. ⁊ ille qui eſt amator honoris: ⁊ ille q eſt amator diſcipline gaudet p id qḋ amat: dum. ſ. h̃ꝫ ipꝫ. Et h̃ gaudiũ nõ fit per aliquam corpis paſſionem: ſed per ſolam apprehẽſionem mẽtis. ¶ Deinde cum dicit.

Amor eſt cã delectationis.

¶ Qui autem circa tales delectationes: neq̃ temperati: neq̃ intemperati dicuntur.

Le. are. ¶ Sed in huiuſmodi voluptatibus: neq̃ temperãtes: neq̃ intemperantes dicuntur.

Argir. ¶ Atq̃ q̃ qui voluptatibus huiuſcemodi alliciuntur: nec temperantes: nec intemperantes dicuntur.

S. Tho.

¶ Oñdit q circa aĩales delectationes nõ eſt tẽperantia. Et deſignat tria gña haꝝ delectationũ. Quedaꝫ. n. ſũt aĩalr delectabilia: que h̃nt quãdã ſpẽm honeſtatis: ſicut honor ⁊ diſciplina: ſic̃ p̃miſſuꝫ eſt. Et dicit circa h̃ꝫ delectationes nõ dicunt̃ aliqui neq̃ tẽperati neq̃ intẽperati: q2 tẽperãtia ⁊ intẽperãtia vident̃ reſpicere aliq̃s delectationes turpitudinẽ h̃ntes. Sunt tñ ⁊ circa delectationes honoris ⁊ diſcipline: q̃dã alia media ⁊ extrema ptinentia ad alias v̓tutes: vt patebit in 4°. ¶ Secundo ibi.

Qꝫ tẽperãtia nõ ẽ circa delectationes aĩales. De triplici gñe delectationum aĩalium.

¶ Similiter autem neq̃ qui circa alias quecunq̃ nõ corporales ſunt. Amatores enim fabulaꝝ ⁊ narratores ⁊ de contingentibus contrahentes dies: garrulos: intemperatos autem non dicimus.

Le. are. ¶ Eodẽq̃ mõ in ceteris voluptatibꝰ: q̃ corpee nõ ſũt. Qui enĩꝫ fabulis ⁊ narrationibꝰ delectant̃: ⁊ circa ſingula dies ↄſumũt: verboſos qdẽ: ſed nõ intẽperantes appellamus.

Argir. ¶ Pari modo neq̃ qui circa ceteras voluptates que nõ attribuunt̃ corpi occupant̃. Eos enim qui fabulis ⁊ narrationibus delectant̃ ⁊ circa talia dies ↄſumũt v̓boſos qdẽ atq̃ deliros: intẽperantes aũt nõ ↄſueuimus appellare.

S. Tho.

¶ Ponit q̃ſdã alias delectationes aĩales: q̃ ↄſiſtũt in dictis vel factis hoĩuꝫ. Et dicit q ſicut tẽperãtia nõ eſt circa delectatiões honoris ⁊ diſcipline: ita ẽt nõ eſt circa alias delectationes: q̃ nõ ſũt corpales. Illos. n. q amãt audire fabulas ⁊ narrare: ⁊ totũ diẽ tenẽt vel expẽdũt i qbuſcũq̃ ↄtingẽtibꝰ dcis vel factis. ſ. nõ nec̃ſis neq̃ vtilibꝰ: dicimꝰ eẽ garrulos: ſꝫ nõ dicimꝰ eos eẽ itẽperatos. Quia intẽperãtia nõ ſolũ h̃ꝫ vanitatẽ: ſꝫ ẽt turpitudinẽ quãdã. ¶ Tertio ibi.

Qꝫ amatores fabulaꝝ ⁊ ſimilibus vacantes garruli ſunt dicẽdi nõ aũt i temperati. Ratio.

¶ Neq̃ contriſtatos in pecunijs vel amicis.

¶ Circa corpales aũt erit vtiq̃ intẽperãtia.

Le. are. ¶ Nec eos ẽt qui grã pecuniaꝝ: aut amicoꝝ dolorẽ ſuſcipiunt. At circa corpis voluptates tẽperantia exiſtit.

Argir. ¶ Nec eos ẽt qui pecuniaꝝ vel amicoꝝ cã dolent. Tẽperãtia igit̃ non circa aĩe: ſed circa corpis voluptates verſat̃.

S. Tho.

¶ Ponit 3m genus aĩalium delectationũ: que ſũt reſpectu exterioꝝ reruꝫ. ſicut ſunt pecunie ⁊ amici. Vñ dicit q illi qui inordinate ↄtriſtant̃ in ſubtractione pecuniaꝝ ⁊ amicoꝝ. nõ dicunt̃ intẽperati. Sed pñt dici ſ̃m aliqd vitioſi: q2 tales triſtitie non h̃nt turpitudinẽ: ſed ſolã inordinationem appetitꝰ. Et ex his ↄcludit q ex quo tẽperãtia non eſt circa aliqḋ genus aĩalium delectationũ: q ſit circa corporales delectationes. ¶ Deinde cum dicit.

Tertiũ genus aĩaliũ delectationum. De illis q inordinate ↄtriſtãtur p ſubtractionẽ exterioꝝ bonorum.

¶ Non oẽs autẽ neq̃ has. Qui. n. gaudent his q̃ p viſum: puta coloribꝰ ⁊ figuris ⁊ ſcriptura neq̃ tẽperati neq̃ intẽperati dicũtur quãuis videant̃ vtiq̃ eſſe ⁊ vt opꝫ gaudere ⁊ his ⁊ ſ̃m ſupabũdantiam ⁊ defectum.

Le. are. ¶ Nec eas tñ oẽs. Nã q viſu delectãt̃ veluti colore: forma: pictura: neq̃ tẽperãtes neq̃ itẽperãtes dicunt̃. quãq̃ fieri põt vt hi ⁊ q̃tum debẽt ⁊ plus ⁊ minus delectentur.

Argir. ¶ Non tamẽ ⁊ circa has ipſas omnes. Qui nãq̃ rebus hĩs gaudẽt que viſu pcipiunt̃: vt coloribꝰ: figuris: pictura: nec tẽperãtes nec intẽperãtes dicunt̃. Et ſi vident̃ ⁊ his hoĩes ⁊ vt oportet ⁊ magis q̃ oportet ⁊ minus etiã gaudere.

S. Tho.

ꝙ tēperātia nō ē circa oēs delectationes corporales.

Lec. 20.

¶ Oſtendit ꝙ tēperantia nō ſit circa oēs delectationes corporales: ſed circa aliq̄s. Et p̄ oſtēdit ꝙ tēperantia non ſit circa delectationes triuꝫ ſenſuū qui p extraneū medium ſentiūt. Scdō oſidit q̄lr ſit circa delectationes duoꝝ ſenſuū qui ſentiūt per mediū cōiūctū ibi. (Videnſ ꝛ vtiqꝫ ꝛc. ꝛ guſtu ꝛc.) Circa p̄ᵐ tria facit. Primo oſidit ꝙ tēperantia non ſit circa delectationes triū ſenſuū p̄dictoꝝ. Scdō oſtendit ꝙ hꝫ delectationes non ꝯueniunt aīalibus brutis. ibi. (Non eſt aūt neqꝫ in aliīs ꝛc.) Tertio infert quādā concluſionē ex dictis. ibi. (Circa tales igiſ ꝛc.) Circa primum tria facit. Primo manifeſtat ꝙ tēperantia nō ſit circa delectationes viſus. Et dicit ꝙ tēperantia non eſt circa oēs delectationes corꝑales que fiunt per exteriores ſenſus.

ꝙ nō eſt circa delectatiōes viſus.

Illi enim qui delectanſ in viſibꝰ non dicunſ ex hoc temperati: neqꝫ intēperati. Et exēplificat de tribus generibus viſibilium.

De tribus gn̄ib' viſibilium.

Quoꝝ quedā ſunt ſenſibilia ꝓpria viſus: ſicut colores. Quedaꝫ aūt ſenſibilia cōia: que tamē per viſum maxime cognoſcanſ: ſicut figure. Quedam aūt ſunt ſenſibilia per accidēs: ſicut ſcriptura rōne eius qđ per ſcripturam ſignificaſ. Nec hic dī quin in his poſſit ꝟtus eſſe ꝛ vitium. Contingit. n. ꝙ in talibus aliqs delecteſ: ſicut opꝫ. i. medio mō ꝛ ſm ſupabundātiam ꝛ defectum que ꝑtinent ad curioſitatem: non aūt ad intēperantiam: que eſt circa delectationes vehemētiores. ¶ Secundo ibi.

De curioſitate.

¶ Similr autem in his ꝛ que circa auditū. Superabūdanter eni gaudentes melodiīs vel hypocriſi nullus intēꝑatos dicit. Neqꝫ enim eos qui vt oportet temperatos.

Le. are. ¶ Eodem modo ꝛ in auditu. Qui enim vehemētius gaudent cantu aut ꝓnunciatione: eos nemo intēperantes vocat: nec eos qui vt opꝫ gaudent: temperantes.

Argir. ¶ Simili mō neqꝫ qui rebus iīs gaudēt que auditu percipiuntur. Nemo. n. aut eos qui cantu vel hiſtrionis gaudēt voce plus q̄ꝫ opꝫ intemperantes: aut eos qui vt opꝫ eiſdeꝫ gaudent: temperantes appellat.

S. Tho.

ꝙ nō eſt circa delectationes auditus.

¶ Oſidit ꝙ tēperātia nō eſt circa delectationes ꝓprias auditus. Et dicit ꝙ ſimilr ſe hꝫ in delectationibꝰ que ſunt circa auditū: ꝙ. ſ. circa eas nō eſt tēperantia vel intēperātia. Si. n. aliqs in melodiīs. i. in ꝯſonantiīs humanaꝝ vocuꝫ: ꝛ hypocriſi. i. ſimulatione humane vocis: que fit per iſtrumenta: aliqs gaudeat: vel ſupabundanter: vel ſm qđ opꝫ: nō ex hoc diceſ tēperatus vel intēperatus. Quia nec etiaꝫ he ſunt multū vehemētes delectationes. Pōt aūt pertinere ad aliam virtutē vel vitium. ¶ Tertio ibi.

¶ Neqꝫ eos qui circa odorem preter ſm accidens. Gaudentes enim maloꝝ vel roſaꝝ vel thimiamatū odoribus nō dicimus intēperatos. Sed magis eos qui vnguentoruꝫ vel pulmentoꝝ. Gaudent enim his intēperati: quoniā per hoc rememoratio fit eis cōcupiſcibiliū. Videbit aūt vtiqꝫ aliqs ꝛ alios quando eſuriunt gaudentes ciborum odoribus. Talibus autem gaudere intemperati. Huic enim concupiſcibile hoc.

Le. are. ¶ Nec circa odoratum niſi per accńs. Nā qui pomoꝝ aut roſaꝝ aut vapoꝝ odoratibꝰ gaudent: eos nō intēperātes dicimꝰ: ſꝫ illos magis qui p vnguētoꝝ aut epulaꝝ: qm̄ p illos memoria ſubit eaꝝ reꝝ q̄s ipſi ꝯcupiſcūt. Videre lꝫ quoſdā cū eſuriunt: odore epulaꝝ gaudētes. His aūt gaudere intēperantis eſt. Nam illoꝝ ſunt hꝫ cupiditates.

ℭ Oſtēdit quō hoc diuerſimode ↄueniat iuſtitie ⁊ amicitie. Et pͦ ponit dr̄iam. Scḋo manifeſtat p ſignū. ibi. (Manifeſtum aūt ⁊c̄.) Tertio ſoluit quādā dubitationē. ibi. (Et vn̄ dubitat̄ ⁊c̄.) ℭ Dicit ḡ pͦ: ꝙ eq̄litas ⁊ ꝓportio que ſm dignitatē attēdit̄ nō ſilr ſe hꝫ in iuſtitia ⁊ amicitia. Nā ſicut Qualiter nō eodē mō attēdit̄ ꝓportio ⁊ eq̄litas in iuſtitia ⁊ i amicitia. ſupra in 5ͦ dcm̄ eſt: circa iuſtitiā opꝫ ꝙ pͦ attēdat̄ vel eſtimet̄ dignitas ſm ꝓportionē: ⁊ tūc fiet cōmutatio ſm eq̄litatē. Sed in amicitia opꝫ ecōuerſo: ꝙ pmo attendat̄ aliq̄ equalitas inter pſonas mutuo ſe amātes: ⁊ ſcḋo exhibeat Ratio. vtriqꝫ qḋ eſt ſm dignitatē. Et hꝰ diuerſitatis rō eſt: qꝛ amicitia eſt quedā vnio ſiue ſocietas amicoꝝ: que nō pōt eē inter multū diſtātes: ſed opꝫ ꝙ ad equalitatem accedāt. Vn̄ ad amicitiā ptinet equalitate iam ↄſtituta equaliter vti: ſꝫ ad iuſtitiam ptinet inequalia ad eq̄litatē reducere. Equalitate aūt exiſte ſtat iuſtitie opus. Et ideo equalitas eſt vltimū in iuſtitia: ſed pͥn̄ in amicitia. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Manifeſtum aūt ſi multa diſtātia fiat virtutis vel malitie vel abūdātie alicuiꝰ alteriꝰ. Nō eni adhuc amici ſūt: ſꝫ neqꝫ dignificāt.

Le. are. ℭ Patet autem ſi plurima diſtantia fiat virtutis aut vitij aut diuitiarum aut alterius rei. Non enim amplius ſunt amici: nec dignum id putant.

Argir. ℭ Conſtat autem ſi in virtute vel vitio vel diuitijs vel in aliqua alia re magna diſtantia fiat. Non enim vlterius ſunt amici nec dignum putat ſe eſſe amicos.

S. Tho.

Signū ꝙ eq̄litas ad amicitiā requiratur. ℭ Manifeſtat qḋ dixerat per ſignū. Et circa h̄ tria facit. Primo ꝓponit ſignū. Et dicit ꝙ h̄ qḋ dcm̄ eſt .ſ. ꝙ eq̄litas reqrat̄ pmo in amicitia: manifeſtū eſt p hoc ꝙ ſi ſit multa diſtātia vel v̄tutis vel malitie vel cuiuſcūqꝫ alteriꝰ nō remanēt hoīes amici: neqꝫ dignuꝫ reputat̄ ꝙ aliqui hēant amicitiā cum his qui a ſe multū diſtant. ℭ Scḋo ibi.

ℭ Manifeſtū aūt hoc in dijs. Plurimū eni iſti oībꝰ bonis ſupercellunt. Manifeſtū aūt ⁊ in regibꝰ. Nō enim his dignificāt eſſe amici: qui mltū deteriores. Neqꝫ optimis neqꝫ ſapientiſſimis qui nullo digni.

Le. are. ℭ Manifeſtū eſt id i dijs: qm̄ hi plimū oībꝰ bonis excellūt. Pꝫ ēt in regibꝰ. Nō .n. illos dignant̄ aicitia: q valde ſūt hūiliores. Neqꝫ optimꝰ ⁊ ſapiētiſſimꝰ eos q nullius ſūt p̄cij.

Argir. ℭ Maxie aūt h̄ eſt maniꝰ in ipſis dijs imortalibꝰ. Hi nāqꝫ plimū bonis oībꝰ āꝺcellūt. Cōſtat aūt ⁊ in regibꝰ. Nec eni his ſe eē amicos dignū ij putāt: q ſunt valde iferiores. Nec itē optimis viris aut ſapiētiſſimis ij qui nullius ſunt p̄cij.

S. Tho.

Exēpla ad ꝓpoſitum trīa. ℭ Ponit 3ͦ exē̄. Primo qdē de his qui plimū ſupercellūt hoīes in oībꝰ bonis. Vn̄ nō hn̄t amicitiā cū hoībꝰ. vt .ſ. conuerſent̄ ⁊ ↄuiuāt cū eis. Vocat aūt deos more gētiuꝫ ſubſtātias ſepatas. Scḋm aūt exēplū. ponit de regibꝰ. quoꝝ amicitia nō ſe reputāt dignos illi q multū ab eis deficiūt. Tertiuꝫ exēplū ponit de optimis ⁊ ſapiētiſſimis viris qbꝰ non fiunt amici illi qui ſunt oīno indigni. ℭ Tertio ibi.

ℭ Certa qdeꝫ in talibꝰ igitur nō eſt diffinitio vſqueq̄ amici. Multis .n. ablatis adhuc manet. Multū āt ſepati puta a deo: nō adhuc.

Le. are. ℭ In his ḡ nullus p̄ciſus eſt terminꝰ: quouſqꝫ amici. Multis .n. ablatis adhuc manet amicitia. Qḋ ſi magnꝰ ſit exceſſus: cen deoꝝ ad hoīes: non amplius pmanet.

Argir. ℭ Exacta igit̄ in talibꝰ nō eſt deffinitio quouſqꝫ ſint amici: Multis enim ablatis adhuc amicit e manēt. Quod ſi nimis fuerint ſepati: vt a deo non permanet.

S. Tho.

Queſtio. ℭ Rn̄det tacite qōni. Poſſet enim aliqs querere in quanta Reſpōſio. diſtātia poſſit amicitia ſaluari: ⁊ in quāta nō. Sed ipſe rn̄det: ꝙ in talibꝰ non pōt dari certa determinatio. Sed h̄ in gn̄ali ſufficit ſcire ꝙ multis ablatis ab vno q̄ ſunt alij adhuc remanet aicitia. Et ſi mltū diſtēt. puta ſicut hoīes a deo nō adhuc remāet talis aicitia: de q̄ loqmur. ℭ De. cū dic̄.

ℭ Unde ⁊ dubitatur ne forte non velint amici amicis maxima bonoꝝ. puta deos eſſe. Non .n. adhuc amici erunt ipſis: neqꝫ vtiqꝫ bona. amici enim per ſe bona.

Le. are. ℭ Unde dubitat̄: an interdū non optāda ſint amicis maxima bona: puta vt dij fiant: qm̄ non amplius eſſent amici neqꝫ ſimpliciter bona: nam amici quidem bona.

Argir. ℭ Unde ⁊ dubitatur ſi amici velint amicis ea bona q̄ maxima ſunt: vt deos eſſe. Non .n. vlterius erunt ipſis amici: quare nec bona. Amici nāqꝫ bona ſunt ſuis amicis.

S. Tho.

Dubitatio ℭ Soluit quādā dubitationē incidentē. Et pͦ mouet eam. Et dicit ꝙ ex p̄dictis dubitat̄ vtruꝫ amici velint ſuis amicis maxima bona. puta eē deos vel reges: aut virtuoſiſſimos. Et videt̄ ꝙ nō: qꝛ iam nō remanebūt eis amici: ⁊ ita perdent ipſi magna bona .ſ. ipſos amicos. ℭ Scḋo ibi.

ℭ Si vtiqꝫ bene dictū eſt: qm̄ amicus amico vult bona illius gratia. Manere autēꝫ vtiqꝫ opꝫ qualiſcunqꝫ eſt ille. homini aūt enti volet. maxime eſſe bona.

Le. are. ℭ Qḋ ſi recte dcm̄ ē: amicū amico bōa cupe: illiꝰ gr̄a manē opꝫ: q̄liſcūqꝫ is eſt. Vt hoī ḡ maxima bona optabit.

Argir. ℭ Qḋ ſi bn̄ ſit dcm̄ amicū amico bōa illꝰ gr̄a velle: manē opꝫ q̄liſcūqꝫ ſit ille. Hoi aūt volet maxima bona ineſſe.

S. Tho.

Solo pͥa ℭ Soluit predictam dubitationem. dupliciter. Primo quidem: qꝛ cū dcm̄ ſit ſupra ꝙ amicus vult bona amico eius gratia: opꝫ ſupponere ꝙ habitis illis bonis ille ipſe remaneat qualitercūqꝫ eſt. Vult .n. maxima bona amicus amico tanq̄ exiſtenti homini non tanq̄ tranſlato ad deos. ℭ Secundam ſolutionem ponit ibi.

ℭ Forte autēꝫ non omnia. Sibiipſi eni ma/

rime vnuſquiſq; vult bona.

Le. are. ¶ Sed forte nõ oĩa. Nã ſibiipſi quiſq; maxĩe bona cupit.

Argir. ¶ Et fortaſſe nõ oĩa. Sibi.n. ipſi maxie q̃ſq; vult ipſa bona.

S. Tho.

Solo ſibi ¶ Et dicit ꝙ amic⁹ vult bona amico nõ magis q̃ ol̄b⁹ aliis. Quia vnuſq̃ſq; vult maxie ſibi bona. Un̄ nõ opʒ ꝙ velit amico illa bona ꝑ q̄ ipſe ꝑdet amicũ qδ eſt magnũ bonũ.

Lectio. viij.

Multi aũt videnť ꝓpť amorẽ hono ris velle amari magis q̃ȝ amare.

Le. are. ¶ Uidentur pleriq; per ambitionem amari magis velle q̃ȝ amare.

Argir. ¶ Pleriq; aũt ob ābitionẽ magis amari q̃ȝ amare velle vīr.

S. Tho.

¶ Poſtq̃ȝ pħs poſuit ꝙ amicitia ineq̃lium ꝑſonaꝝ ſaluať ſ̄m h̄ ꝙ eſt amare ⁊ amari ꝓportionabilr̄. Hic oſtẽdit q̃lr amari ⁊ amare ſe hẽant ad amiciciã. Et circa h̄ duo facit. Primo oñdit ꝙ amare magis ꝓpriũ eſt amicitie q̃ȝ amari. Scδo oñdit: ꝙ ꝑ h̄ qδ eſt amari ſ̄m dignitatẽ ſeu ꝓportionabilr̄ amicitia ꝯſeruať. ibi. (Magis aũt amicitia ⁊c̃.) ¶ Circa pᵐ tria facit. Pᵒ oñdit q̃re aliq magis volunt amari q̃ȝ amare. Scδo comparat id qδ eſt amari ei qδ eſt honorari. ibi. (Nõ ꝓpter ſeipm̄ aũt ⁊c̃.) Tertio oñdit ꝙ amare magis ꝓpriũ eſt amicitie q̃ȝ amari. ibi. (Uideť aũt in amari magis ⁊c̃.) ¶ Circa pᵐ tria facit. Pᵒ ꝓponit qδ itẽdit. Et dic̃ ꝙ mľ. i. videnť magis velle amari q̃ȝ amare. Et h̄ q: ſunt amatores honoris. Pertinet.n. ad excellẽtiores q̃b⁹ debeť honor ꝙ magis amenť q̃ȝ amẽt. ¶ 2ᵒ ibi.

Cur aliqui magis volunt amari q̃ȝ amare.

¶ Propter qδ amatores adulationis multi. Superexceſſus aũt amicus adulator vel fingitur talis: ⁊ magis amare q̃ȝ amari.

Le. are. ¶ Ex q̃ fit vt multi adulatores amẽt. Inferior.n. amic⁹ eſt adulator. Uľ fugit qdẽ tale qddã ⁊ magꝭ amaŕ q̃ȝ amarẽ.

Argir. ¶ Quapꝑ pleriq; amãt ipſos adulatores. Adulator enĩʒ iferior eſt amic⁹ aut fingit ſe talẽ: ⁊ magꝭ amare q̃ȝ amari.

S. Tho.

Probatio a ſigno. ¶ Probat qδ dixerat ꝑ ſignũ. Ex h̄.n. ꝙ mľti magis volũt amari q̃ȝ amẽt. ꝓcedit ꝙ mľti ſũt amatores adulatiõis: q̄ ſcʒ delectanť in h̄ ꝙ aliq̄s eis adulať. Adulator.n. vel i rei ꝟitate eſt amic⁹ ſuperexceſſus: q: minoꝝ eſt adulãt: vľ adulãdo aliq̄s fingit ſe talẽ: ⁊ ꝙ magꝭ amet q̃ȝ ameť. ¶ 3ᵒ ibi.

¶ Amari autem prope eſſe videtur ei qδ eſt honorari. Quod vtiq; multi appetunt.

Le. are. ¶ Amari ꝟo proxime videtur accedere ad honorationeʒ. Quod ſane pleriq; appetunt.

Argir. ¶ Amari autem propinquum huic eſſe cõſtat affici inquã honore. Quod quidem pleriq; affectanť.

S. Tho.

Amari eſt ꝓpinquius ei qδ ẽ honorari. ¶ Exponit qδdã qδ dixerat: ꝙ. ſ. ꝑꝑ amorẽ honoris ꝯtigat ꝙ hõ velit magis amari q̃ȝ amet. Et dic̃ ꝙ amari videť eẽ ꝓpinquũ ei: qδ eſt honorari: qδ deſiderať a mľtis. Honor enĩ eſt qδdã ſignuʒ bonitatis ei⁹ q honorať. amať aũt vnũqδq; qδ eſt bonũ vel apparẽs bonũ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Non ꝓpter ſeipm̄ aũt videtur deſiderare honorẽ: ſed ſ̄m accñs. Gaudent enĩʒ multi ab his qui in ꝑtãtib⁹ honorari: ꝓpter ſpem. Exiſtimãt enim adipiſci ab his quo idigẽt. Ut itaq; ſigno bone paſſionis gaudent honore. Et ab epyichib⁹ aũt ⁊ ſciẽtibus appetentes honorẽ. Firmare enim ꝓpriam opinionem de ipſis appetunt. Gaudẽt vtiq; ꝙ ſint boni credentes dicẽtium iudicio.

Le. are. ¶ Nec honorẽ ꝑ ſe expetẽ videnť ſed ꝑ accñs. Gaudẽt enĩʒ multi: cũ ab hĩs qui ꝑ ãtib⁹ ꝯſtituti ſunt: honoranť: ſpe ducti: qδ putãt ſiqd op⁹ ſit ab illis ĩpetraturos. Ut igiť ſigno bone affectionis gaudẽt honore. Qui ꝟo a bonis viris ⁊ ſciẽtib⁹ appetũt honorari: opinionẽ ſui ꝯfirmare ꝯſiderãt. Gaudẽt igiť qδ boni ſint credẽtes loquẽtiũ iudicio.

Argir. ¶ Nõ per ſe aũt ſed ꝑ accñs videť honoreʒ appetere. Nam pleriq; gaudẽt cũ honoranť ab hĩs qui ſunt in ꝑtãtib⁹ ꝓpť ſpeʒ. Putãt.n. ſe ſi quo idigeãt id ab illis ĩpetraturos. Gaudent igiť ipſo honore: vt ſigno bñficiũ ſuſcipiendi. Qui aũt appetunt a bonis viris atq; ſcientib⁹ honorari: cõfirmare opinionẽ eaʒ quã ipſi hñt de ſe affectant. Gaudent igitur: q: ſunt boni: credentes eorum iudicio qui id dicunt.

S. Tho.

Quare aliq appetant honorare. ¶ Cõparat id qδ eſt amari ei qδ eſt honorari. Et circa hec tria facit. Primo oñdit. q̃re aliqui volũt honorari. Et dic̃ ꝙ hoĩes videnť deſiderare honorẽ nõ ꝑꝑ ipm̄ honorẽ: ſed per accñs. A duob⁹ enim gñib⁹ hoĩum maxime querunt hoĩes honorari. Multi enim gaudẽt ſi honoreť a potentib⁹. nõ ꝓpter ipm̄ honorẽ: ſʒ ꝓpter ſpem: quã inde concipiunt. Exiſtimant.n. ab his a q̃b⁹ honoranť ſe adepturos aliqd quo idigent. Et ita gaudẽt de honore. q. de quodaʒ ſigno bone paſſionis. i. bone affectionis honorãtiũ ad eos. Aliĩ aũt ſunt qui appetũt honorẽ ab epychibus. i. a ꝟtuoſis ⁊ ſapientib⁹: q: per h̄ appetunt firmare ꝓpriã opinionẽ de ſua bonitate. Et ita ꝑ ſe gaudent de eo ꝙ ſunt boni q̃ſi hoc credẽtes iudicio ꝓboꝝ: qui hoc ipſo ꝙ eos honorãt. videntur dicere eos eſſe bonos. ¶ Secundo ibi.

Cur a potentibus.

Cur a bonis ⁊ ſapiẽtibus.

¶ In amari autem ſ̄m ſeipſum gaudent.

Le. are. ¶ Amari autem per ſeipſum gaudent.

Argir. ¶ Amari autem per ſe gaudent.

S. Tho.

¶ Docet ꝙ hoĩes gaudent de hoc ꝙ amantur: etiam ſ̄m ſeipſum: q: hoc ipm̄ ꝙ eſt habere amicos videtur eſſe precipuum inter exteriora bona. ¶ Tertio ibi.

¶ Propter qδ videbitur vtiq; melius eſſe eo ꝙ eſt honorari. ⁊ amicitia ſ̄m ſeipſam eligibilis eſſe.

Le. are. ¶ Quapropter videretur vtiq; potius eſſe q̃ȝ honorari: ⁊ amicitia per ſeipſam eſſe expetenda.

Argir. ¶ Quapropter preſtabilius ipſum erit q̃ȝ honorari: ⁊ amicitia expetenda per ſeipſam eſſe.

S. Tho.

Melius ẽ amari q̃ȝ honorari. ¶ Cõcludit ꝓpoᵐ. Quare cũ id qδ eſt ꝑ ſe ſit poti⁹ eo qδ ẽ ꝑ accñs. ſeq̄ť ex p̃miſſis ꝙ amari ſit meli⁹ eo qδ eſt honorari: inq̃ȝtũ amicitia eſt ſ̄m ſe eligibilis. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Uidetur aũt ⁊ in amare magis q̃ȝ in amari eſſe. Signuʒ aũt. matres eo qδ eſt amare gaudẽtes. Quedã enĩ dant filios ſuos nutriri: ⁊ amant qdẽ ſcientes. redamari aũt non querũt: ſi vtraq; non ꝯtingãt: ſed ſufficiens ipſis videť eſſe videant bene operantes. Et ipſe amãt ipſos: ⁊ ſi illi nõ p̃nt matri que cõueniunt tribuere ꝓpter ignorãtiam.

Le. are. ¶ Videť aũt magis in exhibẽdo amorẽ q̃ȝ in recipiẽdo ꝯſiſtere. Signũ huius eſt: qδ matres amare gaudent. Quedam.n. filios dederũt tollendos ⁊ amãt ſciẽtes. Amari ꝟo non querũt: ſi vtraq; fieri nequeant: ſed ſatis illis videť: ſi videãt in ꝓſperitate ꝯſtitutos. Et amãt ipſe lʒ illi non valeant matri que opʒ tribuere ꝓpter ignorantiam.

Argir. ¶ Videť aũt magis in exhibẽdo amorẽ: q̃ȝ i ſuſcipiẽdo cõ-

ſitē. Argumēto ſunt mrēs amādo gaudentes. Nōnulle nāqꝫ ſuos tollēdos filios dant. Et amāt qdem ſcientes. Ut ament aūt ab illis non querunt: ſi vtrunqꝫ fieri nequeat. Sed ſatis eſt ipſis ſi in ꝓſperitate vident illos eſſe conſtitutos. Amantqꝫ illos: ⁊ ſi illi non poſſunt ob ignorationē ea que ſunt exhibenda retribuere matri.

S. Tho.

Qꝫ amicitia magis conſiſtit in amare ꝙ̄ i amari.

Lec. 5.

Signū ſiliū ex matribus.

Oſtēdit in quo ꝯſiſtat magis amicitie ꝟtus. vtꝝ in amare vel in amari. Et dicit ꝙ magis ꝯſiſtit in amare. Amicitia.n.dī per modū cuiuſdā habitˀ. vt ſupra oñſum eſt. Habitus aūt determinat ad opōnes. amare aūt eſt bñ operari. amari aūt eſt potius q̄ſi bñ pati. vñ magis eſt ꝓpriū amicitie amare ꝙ̄ amari. Et h̄ manifeſtat per qdā ſignū. Matres.n. quaꝝ eſt vehemēs amicitia ad filios: delectant magis in h̄ ꝙ amāt filios ꝙ̄ ꝙ ament ab eis. Quedā.n. mrēs dant ſuos filios aliis ad nutriēdum: ⁊ ſciētes eos eē filios amant eos: nō tñ multū querūt ꝙ ab eis reament: qꝛ hoc fieri nō pōt: ſed videt eis ſufficere ꝙ videāt ꝙ bene agant ⁊ bene ſe hēant. Et ita amant filios: q̄uis ipſi non poſſint attribuere matri ꝯuenientem amorem ꝓpter ignorantiā: qꝛ.ſ. ignorant eas eſſe matres. Deinde cum dicit.

Magis aūt amicitia exñte in amare ⁊ amicis laudatis. Amicoꝝ virtus amare videt. Quare in qbˀ h̄ fit ſm dignitatē iſti māſiui amici: ⁊ taliū amicitia. Sic aūt vtiqꝫ ⁊ inequales maxime erūt amici. Equabunt enim vtiqꝫ. Equalitas aūt ⁊ ſilitudo amicitia.

Le. arc. Cum ꝟo amicitia in amando magis ꝯſiſtat: ⁊ amantes amicos laudemus amicoꝝ ꝟtus videt eſſe amare. Itaqꝫ in qbˀ hoc ita fit: vt debet. Hi firmi ſunt amici: ⁊ hoꝝ amicitia eſt. Per hūc modū ineq̄les quoqꝫ maxime erūt amici. Nā equari poſſunt. Et eq̄litas ac ſilitudo amicitia. Et maxime qdē illoꝝ qui ſimiles ſunt virtutem.

Argir. Cum igit amicitia magis in amādo ꝯſiſtat: ⁊ laudent q amāt amicos: ꝟtus amicoꝝ videt eē amare. Quare i qbˀ h̄ fit pro dignitate: eꝗ ſtabiles ſūt amici: ⁊ amicitia taliū eſt ſtabilita. Hoc aūt mō ⁊ q ſūt ineq̄les: maxie fuerit amici. Eq̄les.n. fieri pñt. Eq̄litas aūt ⁊ ſilitudo eſt amicitia.

S. Tho.

Qꝫ pamare ſꝫ dignitatē ⁊ pportionalr permaiet amicitia.

Qꝫ pamorē eq̄nt hōi q ſūt ineq̄les ꝯditōe

Oſtendit q̄ñ per h̄ ꝙ eſt amare ſm dignitatē ſiue ꝓportionalr amicitia ꝯſeruat. Et p̄ oñdit q̄ñ amicitia ſit permāſiua ſm hoc qđ eſt amare ꝓportionalr. Scđo cōparat q̄ntum ad p̄dicta diuerſas amicitie ſpēs. ibi. (Maxime qdē eoꝝ ⁊c.) Dicit ḡ p̄: ꝙ cuꝫ amicitia magis ꝯſiſtat in amare ꝙ̄ in amari: amici laudant ex h̄ ꝙ amāt: non ex eo ꝙ amant. Hec.n. eſt laus amantium. Et qꝛ vnuſqſqꝫ laudat ſm ꝓpriam ꝟtutē: ꝓ̄s eſt ꝙ amatoris ꝟtus attendat ſm h̄ ꝙ eſt amare. Et ideo in qbuſcūqꝫ h̄ ꝯtingit ꝙ amēt amicos ſm ꝓportionē dignitatis eoꝝ: tales pmanēt amici: ⁊ eoꝝ amicitia eſt pſeuerās. Sic.n. dum ſeinuicē amāt ſm ſuā dignitatē: ēt illi qui ſunt ineq̄lis ꝯditionis poterūt eſſe amici: qꝛ ꝑ hoc eq̄bunt dū vnus eoꝝ quo magis deficit in bonitate: aut in quacūqꝫ excellētia: eo plus amat: ⁊ ita abūdātia amoris recōpenſat defectuꝫ ꝯditionis. Et ſic per quādam eq̄litatē ⁊ ſilitudinē que ꝓ̄ſe ꝑtinet ad amicitiam ſiunt ⁊ perſeuerant amici. Deinde cum dicit.

Et maxime qdem eoꝝ que ſm virtutē ſilitudo. Manſiui enim exiſtētes ſm ſeipſos ⁊ adinuicem manent. Et neqꝫ indigēt prauis neqꝫ miniſtrant talia: ſed vt dicere ꝯtingit ⁊ prohibent. Bonoꝝ enim neqꝫ ipſos peccare neqꝫ amicis ꝯcedere miniſtrare.

Stabiles enim ꝑ ſeipſos exiſtentes ⁊ inuicem manent: ⁊ neqꝫ indigēt improboꝝ neqꝫ talia miniſtrant. Sed vt ita loquar ēt ꝓhibent. Nā bonoꝝ eſt: neqꝫ ipſos delinquere: neqꝫ amicos permittere ſibi miniſtros eſſe. Le. arc.

Et maxime qdē eoꝝ ſilitudo qui ſiles ſunt ꝟtute. Nā cū ſtabiles ꝑ ſeipſos ſint: ⁊ tales iter ſe ſunt. Et neqꝫ indigent prauis neqꝫ talia ſubminiſtrant quin potius prohibent. Eſt enim bonorum hominum neqꝫ ipſos deliquere: neqꝫ amicos permittere praua ſubminiſtrare. Argir.

S. Tho.

Qꝫ ſilitudo q̄ ē actiua ⁊ ꝯſuatiua amicitie maxie repitur iter virtuoſos.

Nota de amicitia bonorum.

Comparat diuerſas amicitie ſpēs ſm p̄dicta. Et p̄ oñdit que amicitia ſit maxime pmāſiua. Et dicit ꝙ ſilitudo que eſt amicitie factiua ⁊ ꝯſeruatiua maxie videt eſſe iter ꝟtuoſos. Ipſi.n. ⁊ pmanēt ſiles in ſeipſis: qꝛ nō de facili mutant ab vno in aliud: ⁊ pmanent ēt in amicitia adinuicē. Et h̄ ideo: qꝛ vnus eoꝝ nō indiget ꝙ alius pro eo faciat aliqd prauū: qđ eſſet ꝯtra facientis virtutē. Et neuter eoꝝ ſic alteri ſeruit de aliquo prauo. Sed ſi pōt dici ꝙ iter ꝟtuoſos ſit aliqd prauum: magis vnus eoꝝ ꝓhibet alteruꝫ praue operari. Ad bonos.n. ꝑtinet ꝙ neqꝫ ipſi peccent neqꝫ ſuſtineant qđ amici eoꝝ peccata exhibeant. Scđo ibi.

Mali autem firmum qdem non habent. Neqꝫ enim ſibiipſis permanent ſimiles exiſtentes. In paucum enim tēpus fiunt amici gaudentes adinuicem malitia.

Mali ꝟo firmitatē nō hñt. Neqꝫ.n. ſibiipſis ſiles pſeuerāt. Et ꝑuo tp̄e ſūt amici: gaudētes mutua prauitate. Le. arc.

Praui aūt ſtabilitatem qdem non habent: quippe cum neqꝫ ſibiipſis ſimiles perſeuerēt. Breui ꝟo tempore fiunt amici: ſua gaudentes mutuo prauitate. Argir.

S. Tho.

Qꝫ malorū amicitia nō pmāet.

Nota de mutabilitate prauoꝝ.

Oſtendit que amicitia ſit minime pmanſiua. Et dicit ꝙ hōies mali non hñt aliqd firmū ⁊ ſtabile in ſeipſis. Quia enī malitia cui iniſtūt eſt ſm ſeipſam odibilis: ⁊ ita affectˀ variat dum nihil inueniunt in quo volūtas eoꝝ quieſcere poſſit: ita neqꝫ ſibiipſis diu pmanent ſiles. Sed volūt ꝯ̄ria eoꝝ que prius voluerūt: ⁊ ſic ad paucum tp̄s fiunt amici: quādiu.ſ. gaudēt malitia in qua ꝯcordant. Tertio ibi.

Utiles autem ⁊ delectabiles in plus pmanent. Uſqꝫ enim vtiqꝫ tribuāt delectationes vel vtilitates adinuicem.

Sed qui ſunt vtiles ⁊ iocundi magis durāt. Quo ad.n. afferant inuicem voluptates aut vtilitates. Le. arc.

Utiles aūt ⁊ iocūdi pmanent magis: pmanent eniꝫ quouſqꝫ voluptates aut cōmoda ſibi mutuo preſtant. Argir.

S. Tho.

Amicitia q̄ eſt pp vtilitatē ⁊ delectationē eſt pmanētior: ea q̄ ē pp malitiā

Oſtēdit que amicitie circa h̄ medio mō ſe hēant. Et dicit ꝙ amici vtiles ⁊ delectabiles ſibiinuicē magis pmanēt in amicitia ꝙ̄ mali. Utilitas.n. ⁊ delectatio in ſe hꝫ vñ ametur. Uñ tm̄ durat taliū amicitia: q̄diu mutuo ſibi tribuūt delectatiōes vel vtilitates. Secˀ āt ē de his q ſūt amici ꝓpt malitiā que ſm ſe amabilitatis nihil hꝫ. Deīde cū dic.

Ex ꝯ̄trīis aūt maxime qdeꝫ videtur ꝓpter vtile fieri amicitia. Puta pauper diuiti. In diſciplinatus ſciēti. Quo eni exiſtit aliqs indigens ens hoc appetens redonat aliud.

Ex ꝯtrariis ꝟo maxime videt fieri ea amicitia que eſt ꝓpter vtilitatē: vt paup diuiti ⁊ idoctus ſapienti. Cuius eniꝫ quiſqꝫ īdiget: id exoptat. Aliud pro alio affert. Le. arc.

Ex ꝯ̄riis aūt maxime videt ea fieri amicitia: que ob vtilitatē efficit. Nā fit amicus paup diuiti: ac idoctus ſcienti. Cuius.n. quis indiget id affectans aliud affert pro ipſo. Argir.

S.Tho.

Cõdo τ q̃ amicitie poſſit eẽ inter ꝯtraria ¶ Determinat de amicitia ꝯtrariorum adinuicem. Et p̃ oñdit in qua ſpecie amicitie hoc ꝯtingat ꝙ videaẽ eſſe amicitia inter ꝯtra. Scđo oñdit quõ ꝯtrarium appetat ſuum ꝯtrarium. ibi. (Forte aũt τc̃.) ¶ Circa p̃m tria facit. Primo oñdit ꝙ hõ ꝯtrietas amicorum maxime videẽ eſſe ꝓpter vtilitatem.inq̃ꝫtum.ſ.vnus amicorum appetit ab alio id quo ipſe indiget. τ redonat ei aliqd aliud.ſicut pauper appetit cõſequi diuitias a diuite:pro q̃b⁹ impẽdit obſequium. ¶ Scđo ibi.

¶ Hoc aũt vtiq̃ꝫ aliqs attrahit τ amatorem τ amatum τ pulchrum τ turpe.

Le. are. ¶ Ad hãc q̃s trahet amatorẽ τ amatũ:turpẽq̃ꝫ τ pulchrũ

Argir. ¶ Huc trahere quiſpiam τ amatorẽ ac adamatum:τ pulchrum ac turpem poteſt.

S.Tho.

¶ Oſtendit quõ τ B poſſit ꝑtinere ad amicitiã delectabilẽ. Et dicit ꝙ ad hũc modũ amicitie:põt etiam q̃s attrahere amorẽ venereũ quo amator amat amatũ. Eſt.n.qñq̃ꝫ ꝯtrietas.ſicut īter pulchrũ τ turpe. In amicitia aũt que eſt ꝓpt virtutem nullo mõ habeẽ ꝯtrarietas:q2 in tali amicitia eſt maxima ſilitudo.vt ſupra dictum eſt. ¶ Tertio ibi.

¶ Propter qđ videntur amatores ridiculi quãdoq̃ꝫ dignificãtes amari vt amant. Sed tñ amabiles exiſtẽtes forte dignificandum. Nihil aũt tale habentes ridiculum.

Le. are. ¶ Quapp amatores īterdũ ridiculi videnẽ:dignũ putãtes ſe amari quẽadmodũ ipſi alios amant. Nã ſilr dignos fortaſſe exigẽdũ eſt ita amari. Qđ ſi nõ ſint tales ridiculum.

Argir. ¶ Quapp τ amatores ridiculi:videnẽ īterdũ dignũ eẽ cenſentes ꝑinde amari vt amãt. At ſi ſilr qdeꝫ amabiles ſint amãdi ſunt fortaſſe vt cẽſent. Si võ nihil amabile hẽant: ridiculum eſt ꝑfecto ſeſe vt amãt amari oportere cẽſere.

S.Tho.

Corrolarium. ¶ Infert qđdã correlariuꝫ ex dictis. Et dicit ꝙ q2 īter amatorẽ τ amatũ eſt qñq̃ꝫ ꝯtrietas.ſicut īter turpe τ pulchrũ.inde eſt ꝙ qñq̃ꝫ videnẽ deriderí amatores qui reputãt ſe dignos vt tãtum amenẽ quãtum amãt. Qđ qdẽ dignũ eſt: ſi equalr ſint amabiles. Sed ſi nihil hẽant tale:quo.ſ. ſint digni tãtũ amari.ridiculũ eſt ſi B querũt. ¶ Deĩde cũ dic̃.

¶ Forte aũt neq̃ꝫ appetit ꝯtrium ſm ſeipm: ſed ſm accñs. Appetitus aũt mediꝫ eſt. Hoc enim bonũ. Puta ſicco nõ humidũ fieri:ſꝫ ad mediũ venire:τ calido ſimilr. Hec qdeꝫ igitur dimittanẽ. Etenim eſt magis alienũ.

Le. are. ¶ Forte võ neq̃ꝫ appetit ꝯtrium ꝯtrarĩ per ſe:ſꝫ per accñs. Deſiderium aũt mediĩ eſt. Hoc.n.bonuꝫ:puta ſicco nõ fieri molli:ſed ad medium deuenire:ſilr τ calido τ aliĩs. Hec igitur relinquantur:qñ alieniora ſunt.

Argir. ¶ Fortaſſe aũt neq̃ꝫ ꝯtrarium per ſe ꝯtrarium appetit: ſed per accidens. Appetitio võ ipſius eſt mediĩ. Hoc enim eſt bonum. Veluti ſicco:nõ vt humidum fiat:ſed vt accedat ad medium τ calido τ ceteris ſimili modo. Sed hec qdeꝫ miſſa faciamus. Non enim ad hunc locũ accõmodanẽ.

S.Tho.

Cõdo aliqd appetat ſ. um ꝯtrarium. ¶ Oſtendit quõ ꝯtrarium appetit ſuum cõtrarium. Et dicit ꝙ hoc non eſt ſm ſe:ſed ſm accidens. Per ſe enim appetitur medium qđ eſt bonũ ſubiecto qđ efficiẽ per vnuꝫ cõtrarium in exceſſu. Puta ſi corpus alicuius hoĩs ſit valde ſiccum:non eſt ei bonum τ appetibile fieri humidum per ſe loquendo. Sed venire ad medium qđ accidit ſuperueniente humido. Et eadem ratio eſt de calido τ hõ contrariĩs. Et q2 hec magis ꝑtinent ad phyſicam ꝯſiderationeꝫ. ideo dicit hec eſſe pretermittenda.

Lectio.ix.

¶ Videtur aũt quẽadmodũ in principĩs dictũ eſt circa eadem τ in eiſdem eſſe τ amicitia τ iuſtũ. In omni enim cõmunicatione videẽ aliquod iuſtum eſſe. τ amicitia autem.

¶ Videtur enim vt ab initio diximus circa eadem τ in eiſdem eſſe amicitia τ iuſtum. In omni enim ſocietate videtur aliquid eſſe iuſtum τ amicitia. Le. are.

¶ Videtur amicitia τ iuſtum vt in principio diximus circa eadem τ in eiſdem eſſe. In omni nãq̃ꝫ ſocietate iuſtum aliquid τ amicitia eſſe videtur. Argir.

S.Tho.

¶ Poſtq̃ꝫ phs tetigit diuerſas ſpẽs amicitiarum:que ſunt in eq̃lium ꝑſonarũ. Hic diſtinguit hõ ſpẽs ſm ꝓprias rõnes earum. Et circa B duo facit. Primo oſtẽdit ꝙ hõ amicitiarum ſpẽs ſm diſtõnes ꝯſequunẽ politicas cõicationes. Scđo diſtinguit amicitiarum ſpẽs ſm diſtõnes politicarum.ibi.(Politice aũt ſunt tres τc̃.) ¶ Circa p̃m ponit talem rõneꝫ. Oĩs amicitia in cõicatione conſiſtit. Oĩs cõicatio reducitur ad politicã. Ergo oẽs amicitie ſm politicas cõicationes ſunt accipiẽde. Circa B tria facit. Primo probat p̃m. Scđo 2m ibi.(Cõicationes aũt oẽs τc̃.) Tertio īfert ꝯñem ibi.(Oẽs itaq̃ꝫ cõicationes τc̃.) ¶ Circa p̃m duo facit. Primo oſtẽdit ꝙ amicitia oĩs in cõicatione cõſiſtit. Scđo oſtendit ꝙ amicitia ſm diuerſitatẽ cõicationis diuerſificaẽ.ibi.(Sũt autem fratrib⁹ τc̃.) Primum oſtẽdit tripl̃r. Primo qdem per rõnem que talis eſt. Sicut ſupra dcm̃ eſt:circa eadem eſt iuſtitia τ amicitia.ſed iuſtitia ꝯſiſtit in cõmunicatione. Quelibet.n.iuſtitia eſt ad alterum:vt in 5° dictuꝫ eſt. Ergo τ amicitia in cõicatione conſiſtit. ¶ Scđo ibi. Lec.7. Qꝫ amicitia ꝯſiſtit in cõicatione. Rõ pma.

¶ Appellãt igitur vt amicos cõnauigatores τ cõmilitones. ſilr aũt τ eos qui in aliĩs cõicationib⁹. Scđm quantum enim cõicant in tantum eſt amicitia. Etenim iuſtum.

¶ Itaq̃ꝫ τ eos qui ſimul nauigant:τ eos qui vna militant. amicos vocant. Eodẽq̃ꝫ modo in aliĩs ſocietatib⁹ quaten⁹ cõmunicant:eatenus eſt amicitia. Nam τ iuſtum. Le. are.

¶ Itaq̃ꝫ τ amicos appellant ſimul nauigantes τ cõmilitones τ ceteros ſimiliter ſocios. Atq̃ꝫ quatenus cõmunicant eatenus eſt amicitia:τ iuſtum enim eodẽ modo. Argir.

S.Tho.

¶ Oſtendit idẽ ex vſu loquẽdi. Hoĩes.n.ꝯſueuerũt appellare amicos eos qui ſm aliquã cõicationem ſibi cõicant. puta cõnauigatores qui cõicant in nauigãdo:τ cõmilitones qui cõicant in militia. Et eadẽ ratio eſt in aliĩs cõicationibus:q2 inq̃ꝫtum videẽ eſſe amicitia īter aliquos inq̃ꝫtũ ſibi cõicant. Quãtũ τ ſm B eſt ẽt īter eos iuſtitia. ¶ Tertio ibi. Rõ ſcđa.

¶ Et prouerbium. cõmunia que amicorum recte. In cõmunicatione enim amicitia.

¶ Et ꝓuerbiũ amicorum cõia recte. In cõione.n.amicitia eſt. Le. are.

¶ Et prouerbium recte ea que ſunt amicorum cõmunia dicit eſſe. Amicitia nãq̃ꝫ in cõicatione ſocietateq̃ꝫ ꝯſiſtit. Argir.

S.Tho.

¶ Probat idem per cõmune ꝓuerbium. Vulgo enim dicẽ ꝙ amicorum oĩa ſunt cõmunia. Ergo amicitia in cõmunicatione conſiſtit. ¶ Deinde cum dicit. Rõ tertia. Amicorum oĩa cõia.

¶ Sunt aũt fratribus qdẽ τ cõnutritis omnia cõia:aliĩs autem diſcreta. Et his quidẽ plura.his aũt minora. Etenim amicitiaruꝫ he quidem magis:he autem minus.

¶ Sunt

Le. are. ¶ Sunt enim fratribus ⁊ ſodalibus cõmunia omnia. Ceteris ꝓ diuiſa: ⁊ alijs plura: alijs pauciora. Nam ⁊ amicitiarum alie plus: alie minus.

Argir. ¶ Atqꝫ fratribus qdem ſodalibuſue cuncta cõia ſunt. Ceteris aũt deſinita. Et alijs plura: alijs pauciora. Et amicitiarum enim alie magis ⁊ alie minus amicitie ſunt.

S. Tho.

Quod ſm diuerſas cõicationes diuerſe ſunt amicitie. ¶ Oſtendit ꝙ ſm diuerſas cõicationes differunt amicitie. Et circa h̃ tria facit. Primo oſtẽdit diuerſitatẽ amicitiaꝝ ſm diuerſitatez cõicationis. Uidemus.n.ꝙ fratrib⁹ ⁊ pſonis.ita ꝯiunctis ſunt oĩa cõmunia.puta dom⁹ mẽſa ⁊ alia hmõi. Alijs aũt amicis ſunt quedã diſcreta. Et qbuſdã plura: ⁊ qbuſdã pauciora. Et ſm hoc ẽt amicitiaꝝ quedã ſũt maiores.ſ.inter illos qui habẽt plura cõia: ⁊ quedã amicitie ſunt minores.vt que ſunt iter illos: qui in paucioribus cõicent. Et ex hoc maxime apparet.ꝙ ſi nulla eſſet cõmunicatio non poſſet eſſe amicitia. ¶ Secundo ibi.

¶ Differunt aũt ⁊ iuſta. Non.n. eadẽ parentib⁹ ad filios ⁊ fratrib⁹ adinuicez: neqꝫ heteris ⁊ ciuib⁹. Silr aũt ⁊ i alijs amicis. Altera aũt itaqꝫ ⁊ iuſta ad ſingulos horum.

Le. are. ¶ Differunt ẽt iuſta. Nõ enim eadẽ parẽtib⁹ ad filios ⁊ fratrib⁹ ad fratres: neqꝫ ſodalib⁹ ⁊ ciuib⁹: eodẽqꝫ mõ in alijs amicitijs. Alia igit̃ ſunt ⁊ iuſta ad ſingulos iſtorum.

Argir. ¶ Differunt aũt ⁊ iuſta. Nõ.n. eadẽ ſunt parẽtib⁹ ad filios ⁊ fratrib⁹ inter ſe: neqꝫ ſodalib⁹ atqꝫ ciuib⁹: ⁊ in ceteris ſilr amicitijs. Diuerſa igit̃ ſunt ⁊ iniuſta ad hoꝝ ſingulos.

S. Tho.

Alia ſũt iuſta ſꝫ alias cõicatiões. Exẽpla ad hoc. ¶ Oſtẽdit ꝙ iuſtitia diuerſificat̃ ſm diuerſas cõicationes. Non.n. idẽ eſt iuſtũ in q̃libet cõicatione ſed differẽs: ſicut pꝫ ꝙ nõ idẽ eſt iuſtuz iter patrẽ ⁊ filios: ⁊ iter fratres adinuicẽ. Et ſilr aliud eſt iuſtũ inter ethaycos.i.coetaneos ⁊ cõnutritos ⁊ iter ciues: qꝛ alia ſibi mutuo tanq̃ꝫ debita exhibent. Et eadẽ ratio eſt in alijs amicitijs. Et ſic pꝫ ꝙ altera iuſta ſunt iter ſingulos predictoꝝ. ¶ Tertio ibi.

¶ Et augmẽtationem accipiunt i magis ad amicos eẽ. Puta pecunijs priuare. heterũ qdẽ duri⁹ q̃ꝫ ciuẽ: ⁊ nõ iuuaꝛ fratri q̃ꝫ extraneo: ⁊ percutere patrẽ q̃ꝫ q̃cũqꝫ aliuz. Augmẽtari aũt natũ eſt ſimul amicitie ⁊ iuſtũ: vt eiuſdẽ entia ⁊ ad equale pertingentia.

Le. are. ¶ Et augmẽtum ſuſcipit. Ut magis ad amicos ſunt. Puta grauius eſt ſodali pecuniam auferre q̃ꝫ ciui: ⁊ non ferre opem fratri q̃ꝫ extraneo: ⁊ pulſare patrẽ q̃ꝫ quẽuis alium. Incremẽtum ſuſcipe ſimul videnꝛ: amicitiaqꝫ ⁊ iuſtuz: vtpote in eiſdẽ exiſtentia ⁊ equaliter ꝓcedentia.

Argir. ¶ Et icremẽta ſuſcipiunt: ꝙ ſunt ad magis amicos. Eſt.n. grauı⁹ ſodali q̃ꝫ ciui pecuniã auferre: ⁊ fratri q̃ꝫ extraneo opẽ nõ ferre: ⁊ pñez q̃ꝫ quẽuis aliũ pulſare. Creſcit aũt ⁊ iuſtuz cũ amicitia ſilr: qppe cũ ſint in eiſdẽ: ⁊ eque ſe extẽdant.

S. Tho.

Quõ iuſtitia diuerſificaꝛ ſm diuerſitatem amicitie. Magis amico bñfacere ẽ iuſtius nocere iniuſti⁹. ¶ Oſtendit quõ iuſtitia diuerſificat̃ ſm dñiam amicitie. Et dicit ꝙ iuſtitia ⁊ iniuſtitia accipiũt augmẽtuz ex h̃ ꝙ ſunt ad magis amicos. Qꝛ.ſ. magis amico bñfacẽ qdẽ eſt iuſtius nocẽ iniuſtius. ſic̃ ꝙ aliqs ꝓuet pecunijs p furtũ aut rapinã hoiez ſibi familiarẽ ⁊ ꝯnutritum eſt durius ⁊ iniuſtius q̃ꝫ ſi ꝓuauit ciuẽ. Et ſilr ſi ſubtrahat auxiliũ fratri q̃ꝫ ſi ſubtrahat extraneo: ⁊ ſi ꝑcutiat pñez. q̃ꝫ ſi ꝑcutiat quẽcũqꝫ aliũ. Qꝫ aũt ſilr augeat̃ amicitia ⁊ iuſtũ ꝓcedit ex h̃ ꝙ in eiſdẽ exiſtũt. ⁊ vtrũqꝫ ptinet ad quãdaz eq̃litatẽ cõicationis. Et p h̃ ſignũ ꝯfirmat̃ qõ ſupra dcm̃ eſt. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Cõicationes aũt omnes particulis aſſimilant̃ politice. Cõueniunt.n.i aliquo ꝯferẽte ⁊ acqrentes aliqd eorum q̃ ad vitam. Sed ⁊ politica cõicatio ꝯferentis gratia videt̃. ⁊ ex principio ꝯuenire ⁊ ꝑmanere. Hoc enim ⁊ legis poſitores ꝯiectant ⁊ iuſtum eẽ aiunt qõ communiter conferens.

Le. are. ¶ Omnes aũt ſocietates partib⁹ ciuilis ſiles eſſe videnꝛ. Cõgrediunꝛ enĩz in aliqua cõmoditate parantes aliqd eoꝝ: que ad vitã ptinent. Ciuiliſqꝫ ⁊ ſocietas cõmodi gra iniri: durareqꝫ videnꝛ. Hoc enim ⁊ legum latores coniectura ſequuntur. Et iuſtum eſſe aiunt: qõ cõiter pſit.

Argir. ¶ At ꝓ ſocietates oẽs ſiles ſunt partib⁹ ſocietatis ciuilis. Nam ob vtilitatẽ aliquã ꝯueniunt hoies: ⁊ aliqd eoꝝ ꝯſequunꝛ q̃ ad vitã ꝯferũt. Ciuilis quoqꝫ ſocietas gr̃a vtilitatis ab initio ꝯſtitui ꝑmanereqꝫ videt̃. Hoc.n. ⁊ latores legũ ꝯiectant. Et iuſtum id inquiũt eẽ qõ publice ꝓdeſt.

S. Tho.

¶ Oñdit ꝙ oẽs cõicatiões ad politicã cõicationẽ reducũt̃. Et circa h̃ duo facit. Pᵒ oñdit ꝙ oẽs cõicatiões ſilitudinẽ hñt cũ cõicatiõe politica. Scdo oñdit ꝙ oẽs cõicatiões alie ꝯtinent̃ ſub politica. ibi. (Alie qdẽ igit̃ ⁊c.) ¶ Dicit ergo pᵒ: ꝙ oẽs cõicatiões hñt aliquã ſilitudinẽ cũ ptib⁹ politice cõicatiõis. Uidem⁹.n.ꝙ oẽs cõicãtes ꝯueniũt in aliq̃ vtili. ad h̃.ſ.ꝙ acqrant aliqd eoꝝ que ſunt nec̃ia vite. Et h̃ etiã videt̃ hr̃e politica cõicatio: qꝛ ꝓp vtilitatẽ cõem videnꝛ ciues ⁊ a pn̄°ſilr ꝯueniſſe. ⁊ in h̃ pſeuerare. Qõ pꝫ ex duob⁹. Primo qdẽ: qꝛ legiſlatores ad h̃ maxĩe tẽdẽ videnꝛ: vt pcurent vtilitatẽ cõez. Et ſcdo qꝛ hoies h̃ dicũt hoc eẽ iuſtũ in ciuitate ꝙ cõiter ciuib⁹ ꝯfert. ¶ Deinde cum dicit.

Qꝛ oẽs cõmunicationes hñt ſimilitudinẽ cũ ptib⁹ politice cõicationis. De intẽtione legiſlatoris.

¶ Alie qdem igit̃ cõicationes ſm ptes ꝯferens appetunt. puta nauigatores qdem qõ ſm nauigium ad operationes pecuniaꝝ. vl̃ aliqd talium. Cõmilitones aũt ſm bellum ſiue pecuniaz ſiue victoriam ſiue ciuitatem appetentes. Silr aũt ⁊ tribules ⁊ plebei.

Le. are. ¶ Alie igit̃ ſocietates particulare cõmodũ appetũt: vt naute qdez nauigãdi ad parãdas diuitias aut aliqd tale. Milites ꝓ bellãdi aut pecunie: aut victorie aut capiende vrbis cupidi. Eodem mõ ꝯtribules ⁊ populares ſunt.

Argir. ¶ Cetere igit̃ ſocietates per ptes vtilitatẽ appetunt. Naute qdem eam que ex nauigatione ꝓueniat: acqſitionẽ inquã pecuniaꝝ: aut aliqd tale. Milites aũt eam que fit ex bello: ſiue pecuniam: ſiue victoriã ſiue ciuitatẽ affectent. Eodem modo contribuleſqꝫ ⁊ populares.

S. Tho.

Qꝛ alie cõicationes a politica ordinanꝛ ad aliquã particularẽ vtilitatem. Exẽpla ad hoc. ¶ Oñdit ꝙ alie cõicationes ſub politica ꝯtinent̃. Et circa h̃ tria facit. Pᵒ oñdit quõ q̃dã aliaꝝ cõicationũ ordinant̃ ad aliquã pticularẽ vtilitatẽ. Et dic̃ ꝙ cõicatiões alie p̃ter politicã itẽdũt aliqõ pticulare ꝯferẽs. puta ꝙ ꝯnauigãtes intẽdũt acqrẽ pecuniã ſi ſint mercatores: vel aliqd aliud hmõi. ſic̃ ciuitatẽ aliquã. Si ſint bellatores: illud ꝓpt̃ qõ eſt bellũ. ſiue h̃ ſit pecunia: ſiue ſola victoria: ſiue dñiũ alicuius ciuitatis. Et ſic ẽt illi q ſunt vnius trib⁹: vel vnius plebis ad aliqõ pticulare cõmodum ꝯueniunt. ¶ Scdo ibi.

¶ Quedaz ãt cõicationes ꝓpt̃ delectationẽ videnꝛ fieri. ſ. ꝯchoreantiũ: ⁊ eraniſtaꝝ. Hec enim gratia ſacrificij ⁊ connubij.

Le. are. ¶ Et ſocietates quedaꝫ que voluptatis gratia inſtitute videntur. Ut in ijs qui thiaſotes ⁊ eraniſte vocanꝛ. He nãqꝫ ſacrificij ⁊ cetus cauſa fiunt.

Argir. ¶ Nõnulle aũt ſocietates gr̃a voluptatis ꝯſtãt: vt eoꝝ qui

choros ſil' exercent: aliaq; ſilia: & eoꝝ qui pecunias ꝯſerũt ad ꝯuiuia ſibi parãda. De naq; ſacrificiꝭ ꝯuictuſq; cã fiũt

S. Tho.

De cõica- tionib⁹ que fiũt gr̃a de lectatiõis. De vſu ſo- noꝝ i ſacri- ficijs & cõ nubijs. ¶ Oñdit q ẽt cõicationes q̃ videnẗ fieri pp delectationem fiũt pp aliqḋ vtile. Et dicit q q̃dã cõicationes videnẗ fieri pp delectationẽ ſicut ꝯcorreũtiũ. i. eoꝝ qui ſil' cantãt i choro vel corea & eranistoꝝ. i. eoꝝ q vtunẗ ſonis eroꝝ inſtrorum. puta tubis aut cimbalis. Hꝫ aũt cõicationes ꝯſueuerũt fieri cũ ſacrificijs: vt ibi delectabilius hoies detineanẗ. & cũ cõnubijs. i. nuptijs: vt vir & vxor magis hẽant delectationẽ cum in tãta iocunditate cõicant. ¶ Tertio ibi.

¶ Oẽs aũt he ſub politica ꝯſueuerũt eẽ. Nõ .n. pferens ꝯferens politica appetit. ſꝫ i oẽm vitã. Et ſacrificia faciẽtes eas: & q̃ circa has ꝯgregationes honoreſq; tribuentes dijs & ſibiipſis regem acgrentes cũ delectatione. Antiq̃ .n. ſacrificia & ꝯgregationes videntur fieri poſt fructuum collectiones. puta pmitie. Maxime .n. vocabãt in his tpibus.

Le. are. ¶ Omnes aũt hꝫ ciuili videnẗ ſubeſſe. Nõ .n. pſitem vtilitatẽ ciuilis querit: ſꝫ ad totã vitã: & qui ſacra faciunt: & illoꝝ cũ cetus iſtituunt: dijs honorẽ tribuunt. Et ſibiipſis reges cum voluptate parant. Uetuſta .n. ſacra & cetus poſt fructuum pceptionem ordinata videnẗ: quaſi pmitie quedã: plurimum enim per id tẽpus ocio indulgebant.

Argir. ¶ Oẽs aũt he ſub ciuili ſocietate collocanẗ. Non .n. pñs cõmodũ ciuilis affectat: ſꝫ ad oẽm vitã. Atq; ſacrificia & cetus circa hec faciunt honorẽ dijs tribuentes: & ſibiipſis requietẽ preſtãtes cũ voluptate. Uetuſta vtiq; ſacrificia ꝯuẽtuſq; poſt frugũ pceptionẽ vt pmitie celebranẗ. Hoc enĩ in tempore maxime ocio indulgebant.

S. Tho.

Q oẽs e- he cõica tiones ſub po litica conti nentur. Ratio ad hoc. ¶ Oñdit ex pmiſſis q oẽs alie cõicationes pdicte ſub politica ꝯtinenẗ. Et dicit q oẽs ꝯſueuerũt eẽ ſub politica. in q̃tũ. ſ. ꝯſuetũ eſt q oẽs p politicã ordinanẗ. Et h⁹ rõnes aſſignat. q2 alie cõicationes: ſicẽ dictũ eſt: ordinanẗ ad aliquã pticularẽ vtilitatẽ. Politica aũt nõ intẽdit aliqḋ pticulare & pñs cõmodũ. ſꝫ itẽdit id qḋ eſt vtile p totã vitã. Et h ſpecialr oñdit circa cõicationes delectantiũ: & maxie in ſacrificijs de qb⁹ min⁹ videẗ. Et dicit q illi q faciunt ſacrificia ĩt hꝫ ꝯgregationib⁹ itẽdũt honorẽ tribuẽ deo. & ſibiipſis acquirere reges cũ aliq̃ delectatione: qḋ ordinaẗ ad vtilitatẽ vite. Uñ & apḋ antiqs poſt collectionẽ fructuũ. ſ. in autũ-

Cur in au- tũno maxi me ſiebant ſacrificia & ꝯgregatio- nes apḋ an tiquos. no ſiebãt ſacrificia & ꝯgregationes hoium. puta ad ſoluẽdum pmitias. Hoc erat .n. tpſ aptũ ad h q hoies vacarẽt: tum vt regeſcerẽt a pcedentib⁹ laborib⁹. tũ q2 ſuppetebat eis copia victualiũ. Et ſic pꝫ q oĩa iſta ſubdunẗ ordinationi politice q̃ſi ptinẽtia ad vtilitatẽ vite. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Omnes vtiq; cõicationis vidẽtur pticule politice eſſe. conſequenter aũt tales amicitie talibus communicationibus

Le. are. ¶ Oẽs igiẗ ſocietates ptes ciuilis eẽ videnẗ. Sequenẗ vo tales amicitie ſocietates huiuſmodi.

Argir. ¶ Societates igiẗ vniuerſe partes eẽ ciuilis manifeſtum eſt. Tales autem amicitie tales ſocietates ſequuntur.

S. Tho.

¶ Inducit ꝯcluſionem intentam. vꝫ. q oẽs cõicationes ꝯtinentur ſub politica: ſicut quedã partes eius. inq̃tum alie ordinanẗ ad quedam particularia cõmoda. politica autẽ ad cõem vtilitatem: & q2 amicitie conſequenter ſe habent ad tales cõicationes: cõſequens eſt etiam q amicitiaꝝ diſtinctio ſm politicam attendatur.

Lectio .x.

Politice aũt ſunt ſpecies tres. equales aũt & trãſgreſſiones. puta corruptiones haꝝ. Sunt aũt politice qdem regnuꝫ Ariſtocratia. tertia aũt q̃ a p̃cijs quã timocratiã dicere ꝯueniẽs videtur: politicã aũt ꝯſueuerũt ipſam plures vocare. 7⁰.

¶ Adminiſtrandaꝝ vo ciuitatum tres ſunt ſpẽs: totidem etiã exceſſus. & quaſi labes ipſaꝝ. Sunt aũt he regnum & optimoꝝ ciuium poteſtas. Tertiã a cenſu cẽſuriam appellari ꝯuenit: quam pleriq; popularem vocant. Le. are.

¶ Reipublice tres ſũt ſpẽs: & totidẽ ẽt trãſgreſſiões & q̃ſi labes illaꝝ. Et ille qdẽ ſunt regnũ: & optimoꝝ ptãs. & tertia eſt ea que ẽcẽſib⁹ fit: quã cẽſu poteſtatẽ dicere accõmodatum videẗ. Plurimi aũt Rempu. appellare ꝯſueuerunt. Argir.

S. Tho.

¶ Poſtq̃ pħs oñdit q aicitie ſpẽs reducunẗ ad politicam cõicationẽ. hic diſtinguit eas ſm diſtõnẽ politice cõicationis. Et circa h duo facit. Pmo diſtiguit amicitiaꝝ ſpẽs ſꝫ diſtõnẽ politice cõicationis. Scḋo ſubdiuidit hꝫ amicitie ſpẽs. ibi. (In cõicationẽ qdẽ igr̃ &c.) ¶ Circa pm duo fac. Pmo diſtiguit politicas cõicationes adiuicẽ. Scḋo diſtinguit ſm eas amicitiaꝝ ſpẽs. ibi. (Scḋm vnũquodq; aũt &c.) ¶ Circa pm duo facit. Pmo diſtigunt ſpẽs cõicationis politice. Scḋo ad eaꝝ ſilitudinem aſſignat ſpẽs cõicationis iconomice. ibi. (Silitudines aũt &c.) ¶ Circa pm tria fac. Pmo aſſignat ſpẽs politicaꝝ. Scḋo cõparat eas adiuicẽ ibi. (Haꝝ aũt &c.) Tertio oñdit quo corrũpanẗ. ibi. (Trãſgreſſio aũt regni &c.) ¶ Dicit ḡ p̊. q tres ſunt ſpẽs politice cõicationis: & totidẽ ſunt corruptiones ſiue trãſgreſſiones eaꝝ. Recte qdẽ politice ſunt tres. ſ. regnũ: qḋ eſt pncipat⁹ vni⁹. Ariſtocratia: que eſt ptãs optimoꝝ: eo q hꝫ ciuitas p ṽtuoſos gubernaẗ. Videẗ aũt ꝯueniẽs q ſit q̃dam alia ſpẽs. lꝫ qdã eã nõ ponãt: vt pꝫ in 5⁰ politicoꝝ: que ꝯuenienter noiaẗ tymocratia a tymos: tymos .n. pciuꝫ dr̃: q2 videlicet in hac politica precia danẗ paupibus: & dãna inferunt diuitib⁹: ſi nõ ꝯueniant ad politicas cõgregationes: vt pꝫ in 4⁰ politice. Quidã aũt ꝯſueuerũt eam vocare cõmuni nomine politicã: eo q eſt cõmunis diuitibus & pauperibus: vt pꝫ in 4⁰ politice. ¶ Deinde cum dicit.

Tres ſunt ſpẽs cõica- tionũ poli- ticaꝝ recta- rum. Regnum. Ariſtocra tia. Tymocra tia. Lec. 12. Lec. 2.

¶ Harum autem optima quidem regnum peſſima tymocratia.

¶ Haꝝ oĩum optima eſt regnũ: deterrima vo popularis. Le. are.

¶ Atq; haꝝ optia qdẽ ẽ Regnũ. Deterrima vo cẽſu ptãs. Argir.

S. Tho.

¶ Cõparat hꝫ politicas adiuicẽ. Et dicit q iter eas optima eſt regnũ: in quo vnus optim⁹ pncipaẗ. Peſſima aũt. i. minus bona eſt tymocratia vbi plures mediocres pncipanẗ. Media aũt eſt ariſtocratia: in q̃ pauci optimi pncipanẗ. quoꝝ tñ nõ eſt tãta ptãs ad bñ agendũ: ſicẽ vnius optima agẽtis hñtis plenitudinẽ poteſtatis. ¶ Deinde cũ dicit.

Cõpatio Regni gu bernatio optima eſt

¶ Trãſgreſſio aũt regni tyrãnis. Ambe enĩ monarchie. Differũt autẽ plurimũ. Tyrãnus qdẽ enim ſibiipſi ꝯferens intẽdit. Rex aũt qḋ ſubditorum. Non .n. eſt rex qui non per ſe ſufficiẽs & omnib⁹ bonis ſuperexcellẽs. Talis aũt nullo indiget. Utilia igiẗ ſibiipſi qdẽ nõ vtiq; itẽdet. ſubditis aũt. Qui .n. nõ talis clerotes vtiq; qdẽ magis erit q̃ rex. Tyrãnus aũt ex ꝯrietate huic. ſibi .n. bonũ ꝓſequtur & manifeſtius i hac qm̃ peſſima. Peſſi-

mum aũt ꝯ̃riũ optimo. Tráſgredií át ex regno í tyránidem. Prauitas.n.monarchie tyránis. Malus aũt rex tyránus fit.

Le. are. ¶ Tranſgreſſio aũt regni Tyrãnis eſt. In vtraq3.n.vnus gubernat: ſ3 plurimum iter ſe differũt. Tyrãnus.n.ꝓprium querit cõmodũ. Rex ꝟo eoꝝ q ab eo regunť. Nõ.n.ẽ rex niſi p ſe ſufficiat: ⁊ cũctis bonis excellat. Atq talis eſt: nullius idiget. Nõ ĝ his q̃rit vtilitates ꝓꝑias: ſ3 eoꝝ qui ab eo regunť. Qui ꝟo nõ eſt talis potiꝰ rex magis vtiq3 eẽt q̃3 rex. Tyrãnis ꝟo huic ꝯ̃ria eſt. Ꝓpriũ.n.ſeqtur cõmodũ: ⁊ in h̃ qȯ deterrima ſit p3. Nã peſſimũ optimo ꝯ̃riũ eſt. Fit aũt tráſgreſſio ex regno in tyrãnidẽ. Eſt enim tyrãnus prauitas regni: prauus aũt rex tyrãnus efficitur.

Argir. ¶ Tranſgreſſio aũt regni qdẽ tyrãnis eſt. In vtraq3 enim vnus eſt ꝑnceps. Sed iter ſeſe pluriniũ differũt. Nã tyrannus qdẽ ſuum. Rex aũt eoꝝ qui ab ipſo regunť ꝯ̃ſiderat cõmodũ. Nõ eſt.n.rex: niſi ſit ex ſeſe ſufficiẽs: ⁊ bonis oĩbꝰ antecellat. Talis aũt nullius idiget rei. Nõ ergo ſuas ipẽ: ſed eoꝝ qui regunť vtilitates ꝯ̃ſiderat. Qui nãq3 talis nõ eſt: ſorte potius qdã eſt ꝑnceps q̃3 rex. Tyrãnis aũt eſt cõtraria regno. Suũ3 nãq3 bonũ ſeqtur ipſe tyrãnus. Quo magis p3 ipſam eſſe peſſimã. Peſſimũ.n.id eſt qȯ eſt ꝯ̃riu3 optimo. Fit aũt in tyrãnidem ex regno tranſgreſſio. Tyrãnis enim eius principatus eſt prauitas: in quo vnus eſt ꝑnceps. Prauus autem rex fit tyrannus.

S.Tho.

De tyrãni de que ẽ regni corruptio. ¶ Agit de corruptione ſiue tráſgreſſione ꝑdictaꝝ politicarũ. Et ꝑ̊ de corruptione regni. Scȯo de corruptione ariſtocratie.ibi.(Et ariſtocratia aũt ⁊c̃.) Tertio de corruptione democratie.ibi.(Ex dimocratia aũt ⁊c̃.) ¶ Circa ꝑ̄ᵐ duo facit. Primo qdẽ ꝓponit qȯ itẽdit. Et dicit qȯ tráſgreſſio ſiue corruptio regni vocať tyrãnis. Et h̃ manifeſtat ꝑ̊ qdẽ per h̃ q̃ gñe ꝯ̃ueniunt. Ambo.n.ſunt monarchie.i. ꝑncipatꝰ vnius. ſicut.n.in regno ꝑncipať vnꝰ: ita ⁊ in tyrãnide.

Nota dĩa iter regẽ ⁊ tyrãnum. Scȯo aſſignat dĩam eoꝝ adinuicẽ. Et dicit q̃ plimũ differũt. Et ex h̃ appet q̃ ſunt ꝯ̃ria. Cõtraria.n.ſunt que plurimũ differũt ⁊ in eodẽ gñe. Hác aũt dĩam manifeſtat dicens: q̃ tyrãnꝰ intẽdit in ſuo regimine qȯ eſt vtile ſibiipſi. rex aũt itẽdit qȯ eſt vtile ſubditoꝝ. ⁊ h̃ ꝓbat per h̃ q̃ non põt vere dici rex qui nõ p ſe eſt ſufficiẽs ad regẽdu3: vt.ſ.ſit ſupexcellẽs in oĩbꝰ bonis ⁊ aĩe ⁊ corpis ⁊ exterioꝝ reꝝ. vt ſit dignꝰ ⁊ potẽs ad ꝑncipãdu3. Cũ aũt talis ſit nõ indiget aliquo. ⁊ ideo nõ intẽdet ad vtilitatẽ ſuã qȯ eſt indigẽtiu3: ſed ad h̃ q̃ bñ faciat ſubditis qȯ eſt ſupabundátium. Ille enĩ qui nõ eſt talis.ſ.ſupexcellens in oĩbꝰ bonis: magis põt dici clerotes q̃ſi ſorte aſſumptꝰ ad ꝑncipãdum q̃3 rex. Sed tyrãnꝰ ſe h3 p ꝯ̃rium ad regẽ: q2 querit bonũ ſibi. Uñ p3 q̃

Peſſimũ eſt ꝯ̃rariũ optimo. ipſa corruptio eſt peſſima. Peſſimu3.n.eſt ꝯ̃rium optimo. Tráſgrediť aũt aliqs ex regno q̃ eſt optimu3. Sicut deuñ eſt in tyrãnide que nihil eſt aliud q̃3 prauitas monarchie

Tyrãnis ẽ peſſima. ⁊ ꝑncipatꝰ vnius. Et rex quãdo fit malus dẽ tyrãnus: vnde p3 q̃ tyrãnis eſt peſſima. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex ariſtocratia aũt in oligarchiá malitia3 principũ qui tribuunt que ciuitatis ꝑter dignitatẽ: ⁊ oĩa vel plurima bonoꝝ ſibiipſis ⁊ principatus ſemp eiſdem de plurimo faciẽtes ditari. Pauci igitur principátur ⁊ mali pro his qui maxime epyiches.

Le. are. ¶ Ex optimatibꝰ aũt ad paucoꝝ potẽtiã fit tráſgreſſio: gubernatoꝝ prauitate: qui rempu. ꝑter dignitatẽ gubernẽt: ⁊ cũcta aut plurima bona ad ſe trahunt: ⁊ magr̃atꝰ ſemp eiſdẽ ad diuitias cõparádas plimum intẽdentes. Ex quo ſit: vt pauci dominentur: ⁊ mali pro bonis.

¶ Ex optimaꝝ ꝟo ptãte ad paucoꝝ potentiam fit tranſgreſſio vitio principum qui res ciuitatis preter dignitatem diſtribuunt: ⁊ cuncta bona ſibi vel plurima tribuunt: ⁊ magiſtratus ſemp eiſdem plimi diuitias faciẽtes. Pauci igitur ⁊ praui pro optimis dominantur. Argir.

S.Tho.

¶ Agit de corruptiõe ariſtocratie. Et dicit q̃ ex ariſtocratia fit tranſgreſſio in oligarchiã que eſt ꝑncipatꝰ paucoꝝ. Et hoc ꝑꝑ malitia3 eoꝝ qui ꝑncipanť: qui bona ciuitatis nõ diſtribuunt ſm̃ dignitatẽ: ſ3 oĩa bona ciuitatis vel plurima eoꝝ vſurpãt ſibiipſis: ⁊ ſemp ꝑncipatus eiſdẽ ꝯ̃ferũt hoc plurimu3 itẽdentes: vt diteuť ipſi ⁊ amici eoꝝ. Et ex hoc ꝯ̃tingit q̃ loco maxime virtuoſoꝝ qui preſunt ariſtocratie ꝑncipanť pauci ⁊ mali. ¶ Deinde cum dicit. De oligarchia q̃ ẽ q̃ oppoſitur ariſtocratie ⁊ paucorũ potẽtia põt appellari.

¶ Ex timocratia át vtiq3 in democratiá. Cõterminales enim ſunt he. Multitudinis.n. vult ⁊ tymocratia eſſe. Et eq̃les oẽs qui in honoratione. Minimũ aũt malũ eſt democratia. in parũ.n. tráſgreditur politice ſpẽ3. Tráſmutátur qdẽ igitur maxie ſic politice. manifeſtũ.n. ſic ⁊ facilr tráſgrediuntur.

¶ Ex ĩis ꝟo qui incẽſu habenť: ad multitudinem fit tranſgreſſio. Sunt.n.he finitime. Nã ⁊ cẽſi multitudinis eẽ volunt. ⁊ oẽs in honore equales. Minime aũt praua eſt multitudinis gubernatio: q2 paꝝ admodũ tráſgrediť gubernãdo ciuitatis ſpẽm. Mutanť igiť maxime p hũc modũ res.p. Nam ſic paulatim ac facillime labuntur. Le. are.

¶ Sed ex cẽſu ptáte ad populaẽ fit tráſgreſſio. Sũt.n.he finitime. Nã ⁊ cẽſu ptás multitudinis eẽ ſolet: ⁊ pares ſũt oẽs qui ſunt in cenſu. Minime ꝟo p: auum eſt popularis poteſtas. Paruum enim reip. tráſgrediť ſpeciem. Res igitur publice hoc maxime modo mutantur. Minima enim fit atq3 facillima fit ipſarum migratio. Argir.

S.Tho.

¶ Agit de corruptiõe dimocratie. Et dicit q̃ corrumpiť in democratiã que eſt ptás ꝑꝑli. Ambe.n.he politie ſunt ꝯ̃terminales.i. vicine. Aſſimilanť.n.in duobꝰ. Primo qdem: q2 ſicut tymocratia que eſt ptás ꝑcioꝝ eſt ꝑncipatꝰ multitudĩs: ſic ⁊ democratia. Scȯo q2 in vtraq3 politia oẽs q ſunt in honoribꝰ ꝯ̃ſtituti ſunt eq̃les. Differũt aũt: q2 in tymocratia intẽdunt cõe bonũ diuitũ ⁊ paupeꝝ. In democratia aũt itẽdiť ſolũ bonũ paupeꝝ. Uñ minima ꝑuerſitas eſt dimocratie. Paꝝ.n.recedit a timocratia que eſt recte politice ſpẽs. Cõcludit igiť q̃ politice maxime tráſmutanť inuicẽ. ⁊ ita de facili corrũpunť: ſicut ꝑdictũ eſt. ¶ Deinde cũ dicit. De democratia timocratia opꝑoſita q̃ pꝫ appellari ſtatꝰ popularis.

¶ Similitudines aũt ipſaꝝ ⁊ velut exẽplum accipiet aliquis vtiq3 ⁊ in domibus.

¶ Eaꝝ ſilitudines ⁊ q̃ſi exẽpla in domibꝰ q̃q3 licet intueri. Le. are.

¶ Similitudines autem ipſarum ⁊ quaſi exempla quiſpiã ⁊ in domibus accipere poteſt. Argir.

S.Tho.

¶ Diſtinguit ſm̃ ꝑdictoꝝ ſilitudines inter politicas ⁊ iconomicas. Et ꝑ̊ oñdit quid in his rñdeat regno ⁊ tyrãnidi. Scȯo qd ariſtocratie ⁊ oligarchie.ibi.(Uiri autez ⁊ vxoris ⁊c̃.) Tertio qd tymocratie ⁊ democratie.ibi.(Tymocraticus autẽ ⁊c̃.) ¶ Circa ꝑ̄ᵐ tria facit. Primo ꝓponit qȯ intẽdit. Et dicit q̃ ſilitudo ⁊ exẽplum ꝑdictaꝝ politicaꝝ poteſt accipi in rebus domeſticis. ¶ Secundo ibi. Exẽpla politiaꝝ i domibꝰ ſũpta

¶ Patris qdẽ enim ad filios cõicatio regni h3 figuram. Filiorũ.n. patri eſt cura. Hinc aũt ⁊ Homerus ioue3 patrẽ appellat. Paternus enim ꝑncipatus vult regnum eſſe.

Le. are. ¶ Nam patris ad filium ſocietas: regni inſtar hʒ: patri eni cura eſt filioꝝ. Hinc et Homerus Iouem patrē appellat. Paternum enim imperium vult eſſe regnum.

Argir. ¶ Societas.n. patris ad filios regni preſefert effigiē. Nati naq; patri ſunt cure. Hinc ⁊ Homerus Iouem patrē appellat. Ipſum naq; regnum impīum eſt ſuapte nā pīnum.

S. Tho.

Rex pīi ē ſimilis. ¶ Oſtēdit qd in hꝫ rñdeat regno. Et dicit ꝙ cōicatio que eſt inter patrem ⁊ filios hʒ ſiltudinē regni. qꝛ pater habet curā filioꝝ. ſicut rex ſubditoꝝ. Et inde eſt ꝙ Homerus Iouem ꝑpter regiaʒ poteſtatē appellauit patrē. Principat⁹ enim patris in domo eſt qſi qdā regnum. ¶ Tertio ibi.

¶ In pſis aūt q patris tyrānicus. Vtuntur .n. vt ſeruis filijs. Tyrānicus āt ⁊ dñi ad ſeruos. Dñi.n. ꝯferēs i ipſo opaꝛ. Et hic gdē igiꝛ rect⁹ videtur. Perſicus aūt qui peccat. Differentium.n. principatus differentes.

Le. are. ¶ Quāq; apud Perſas tyrānicum eſt: qm̄ filijs pinde vtuntur: vt ſeruis. Tyrānica ꝟo eſt dñi ad ſeruos. Agitur.n. in illa dñi vtilitas. Hec ergo recta videꝛ: perſica ꝟo erronea. Nam diuerſoꝛum diuerſa imperia.

Argir. ¶ Patris aūt apud Perſas impīū tyrānicū eſt. Suis enim filijs vtunꝛ vt ſeruis. Heri ēt ad ſeruos tyrānicū eſt. Nam in ipſo vtilitas agiꝛ heri. Atq; hoc gdē rectum eſſe videꝛ: ſed Perſaꝝ aberrat. Diuerſoꝝ.n. diuerſa ſunt imperia.

S. Tho.

Exempla tyrānidis. ¶ Oſtēdit qd rñdeat in domib⁹ tyrānidi. ⁊ ponit duos modos. Quoꝝ vn⁹ eſt ſm quē apud perſas pēes ſe hñt ad filios: qui vtunꝛ filijs qſi ſeruis. Scōs autē modus eſt quo dñi ſe hñt ad ſeruos: qꝛ dñi vtunꝛ ſeruis intēdendo ad ſui ipſoꝝ vtilitatē. Hi āt duo modi dn̄t. nā vn⁹ magis vꝛ eē rectus. quo. ſ. dñi vtunꝛ ſeruis ad ſuā vtilitatē. Alius aūt eē puerſus quo. ſ. pēes vtunꝛ filijs quaſi ſeruis. Opʒ enī ꝙ diuerſis aliqs diuerſimode ꝑncipeꝛ. Vñ puerſum eſt ꝙ aliqs ꝑncipeꝛ ſilr liberis ⁊ ſeruis. ¶ Deinde cum dicit.

Nō ē eodē mō diuerſis imperādum. ¶ Viri aūt ⁊ vxoris ariſtocraticus videtur. Scōm dignitatem.n. vir principaꝛ. ⁊ circa h que oportet viruʒ. Quecunq; autem vxori congruunt illi reddit.

Le. are. ¶ Viri aūt ⁊ vxoris ſocietas ei ſpēi ſilis videꝛ: q̄ optimates gubernāt. Pro dignitate.n. vir ꝑſidet: ⁊ in ijs que viri decent: que ꝟo vxori ꝯgruunt. Hec illi tribuit.

Argir. ¶ Viri aūt ⁊ vxoris ſocietas ſilis eſt optimatum poteſtati. Pro dignitate naq; vir preſidet ⁊ in ijs que viruʒ oportet. Que ꝟo vxori accōmodantur hec illi tribuit.

S. Tho.

Exemplū ariſtocratie. ¶ Oñdit qd i domib⁹ rñdeat ariſtocratie ⁊ ei⁹ oppoſito. Et circa h duo facꝛ. Pꝛio oñdit qd rñdeat ariſtocratie. Et dicꝛ ꝙ ꝑncipat⁹ quo vir ⁊ vxor dñanꝛ in domo eſt ariſtocraticus: qꝛ vir hʒ dñiuʒ ⁊ curā circa ea q̄ ptinēt ad virū ſʒ ſuā dignitatē: ⁊ dimittit vxori illa q̄ ptinēt ad eā. ¶ 2° ibi.

¶ Omium aūt dominans vir in oligarchiam tranſponitur. Preter dignitatem.n. ipſum facit ⁊ nō ꝙ melius. Qñ autē principantur vxores heredes exiſtētes nō ita fiunt ſʒ virtutem principatus: ſed propꝛ diuitias ⁊ potentiam: queādmodum in oligarchijs.

Le. are. ¶ Quod ſi in oib⁹ reb⁹ dñari velit vir: ad eā ſpēm trāſgreditur: que eſt paucoꝝ potētia. Preter dignitatē.n. ſibi arrogat: ⁊ nō q̄ meli⁹ eſt. Interdū quoq; vxores ipſe ꝑſident qſi rerū potite. Nō igiꝛ per ꝟtutem: ſed ꝑ diuitias ⁊ potētiam: queadmodum cum pauci rem.p. obtinent.

Argir. ¶ Quod ſi in oib⁹ vir dñetur: in paucoꝝ poteſtatē mutaꝛ. Preter dignitatē enim hoc facit: ⁊ nō ea rōne qua ꝑſtabilior eſt. Interdum aūt dñatur vxores ob amplitudinē patrimonij. Non igiꝛ fiunt impīa ob ꝟtutem: ſed ob diuitias ⁊ potentiam: perinde atq; in paucorum ſit poteſtate.

S. Tho.

Exempla oligarchie. Nota d'ꝑncipatu vxorum. ¶ Ponit duos modos rñdentes oligarchie. Quoꝝ vn⁹ eſt qñ vir vult oia diſponē. ⁊ nullius rei dñium relinqt vxori. hoc.n. nō eſt ſm dignitatē. nec ſm ꝙ meli⁹ eſt. Alius autē modus eſt qñ vxores totalr ꝑncipanꝛ: eo ꝙ ipſe ſunt heredes: ⁊ tūc ꝑncipat⁹ nō ſit ſm ꝟtutē: ſed ꝑpter diuitias ⁊ potētiam: ſicut accidit in oligarchijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tymocraticus aūt videtur qui fratrum. Eqles.n. preꝛ inquantum etatib⁹ differunt. Propter qd ſi multum etatibus differunt non adhuc fraterna ſit amicitia.

Le. are. ¶ Fratrū ꝟo ſocietas ei ſilis videꝛ: que eſt in cēſu poſitoꝝ. Pares.n. ſunt: niſi q̄tum etatibus differūt. Itaq; ſi plimū etatib⁹ differūt: non amplius fraterna videꝛ amicitia.

Argir. ¶ Fratrum ꝟo ſocietas ſilis eſt cenſu poteſtati. Sunt eniʒ pares: ꝑter differētiam etatis. Quocirca ſi multū etatibus differant: non fraterna inter ipſos ſit amicitia.

S. Tho.

Le. are. ¶ Moralis ṽo nõ eſt in dictis: ſꝫ vt amico donat: vel quid aliud facit: dignũ putat vt ipſe tm̃: vel plus ab illo ꝯſequatur: q̄ſi nõ donauerit: ſꝫ cõmodauerit. Nec ſilr cõmutans ⁊ diſſoluens icuſat. Idqꝫ ex eo accidit: qḋ vel oẽs: vel magna ps volũt q̄dẽ honeſta: ſꝫ anponunt vtilia. Honeſtũ eſt bñfacere nulla ſpe recipiendi. Vtile ṽo bene accipere.

Argir. ¶ Moralis aũt nõ ĩ definitis ꝯſiſtit: ſꝫ vt amicũ q̄dẽ munẽ afficit: aut aliq̄d aliud in illum ꝯfert. Accipe aũt dignum eſſe cenſet equale aut plus: q̄ſi non dederit ſed mutuauerit.

Atq; ſi nõ vt cõmutauit diſſolutio ſit leuſabit. Hoc aũt iõ accidit: qꝛ oẽs vel plimi volunt qdẽ honeſta: anteponunt aũt ea que ꝓſunt. Atq; honeſtum qdẽ eſt beneficia cõfer re nõ vt viciſſim ſuſcipiantur. Utile ꝟo ſuſcipere.

S. Tho.

Moralis vtilitas. ℂ Exponit q̃ ſit moralis vtilitas. Et dič ꝙ moralis vtilitas nõ ꝯſiſtit in dictis. ſ. in ꝯuẽtionib⁹ que fiunt ex ꝯdicto: ſ; ſic ꝯſueuit aliqd gratis dari amico ita vt n⁹ dat cuictiq; aliq̃ ſine pacto foris expſſo: ſ; tñ q̃ʒtum ad intẽtionẽ ille q dat dignũ reputat vt reportet aliqd eq̃le: vel ẽt maius: ac ſi non eẽt datũ gratis: ſ; accõmodatũ. Si aũt nõ h mõ fiat cõmutatio: vt. ſ. ille q accepit reſtituat ꝛ ſoluat eq̃le: aut maius ille qui dedit accuſabit recipientẽ ꝛ cõqueret de eo. Cõſequẽter aũt aſſignat predictoꝝ cãm. Et dicit ꝙ h qꝺ dcm̃ eſt. ſ. ꝙ ille q gratis dat retributionẽ; querat. iõ accidit: qꝛ oẽs vel plures volũt. i. approbãt honeſta: ſ; tñ in ſuis actib⁹ eligũt ea que ſibi ſunt vtilia. Qꝫ aliqs aũt bñfaciat alteri nõ ea itẽtione. vt ꝯtra patiaꝛ reſtitutionẽ bñficij eſt honeſtuʒ. Et iõ vt hoĩes ſint aliĩs accepti volũt videri hoc mõ bñfacẽ. Sed ꝙ aliqs bñficia recipiat eſt vtile. Et ideo hoĩes eligunt vtile quãticunq; aliud ꝑcẽdant. ℂ Deinde cũ dicit.

Omnes vt ꝓꝯꝑo approbant honeſta ſed eligũt vtilia.

ℂ Potenti ãt retribuendũ ſm dignitatem eorum q̃ paſſus eſt: ꝛ ſponte. Nolenteʒ. n. amicũ non faciendum vt vtiq; peccantẽ in ꝑncipio ꝛ bene patientẽ a quo nõ oportuit. Non. n. ab amico neq; propꝛ ipſuʒ h operante. Quẽadmodũ in dictis beneficiatum diſſoluendũ. Sed ꝛ confiteri vtiq; ſi potẽs reddere. Impotentẽ aũt neq; dans dignificauit vtiq;. Quare ſi potens reddẽduʒ. In ꝑncipio aũt intẽdendũ a quo beneficiaꝛ ꝛ in quo vt in his ſuſtineat vel non.

Le. are. ℂ Ei qui põt reddẽda ſunt: que accepit: ſm dignitatẽ: idq; ſpõte agẽdum. Inuitũ aũt amicũ nõ faciẽdum: q̃ſi errauerit in ꝑn⁰: ꝛ bñficium accepit a quo nõ oportebat. Nõ enim ab amico. neq; ob hoc ipm̃ id agẽte. Ut igiꝛ in dictis bñficio accepto diſſoluẽdũ eſt ꝛ q̃ſi ꝯuenerit reddẽ: ſi poterit: ſi nõ poterit: nõ eſſe cogẽdum. Itaq; reddendum eſt: ſi hẽat facultatẽ. Conſiderãdum eſt ab initio: a quo qs accipit. ꝛ cuius gratia vt ſic vel ſuſcipiat vel non.

Argũ. ℂ Si põt igiꝛ dignum reddẽ opʒ bñficiuʒ iis que accepit ꝛ ſpõte qdẽ. Inuitus. n. non eſt faciẽdus amicus. Ut errore igiꝛ in ꝑn⁰ facto: ꝛ bñficio a quo accipe nõ oportebat ſuſcepto. Non. n. ab amico: nec ob idipm̃ faciẽte: diſſoluẽ ipſuʒ opʒ: vt bñficio pro diffinitis ſuſcepto atq; polliceri cũ poſſet reddẽ. Nam ſi nõ poſſet nec dignuʒ is q dedit ipm̃ ſuo munere cẽſuerit. Quare reddẽdum eſt ſi hẽat facultateʒ. In ꝑn⁰ autẽ ꝯſiderandum eſt a quo nam bñficium: ꝛ pro quo ꝯfertur: vt pro his ſuſcipiat aut nõ ſuſcipiat illud.

S. Tho.

Precepta ad cauendas q̃relas i amicitia ꝓp vtilitatẽ cõtracta. ℂ Oñdit quõ hꝫ querimonia ſit vitãda. Et dicit ꝙ ille q recepit bñficiũ. ſi põt dꝫ retribuẽ ſm dignitatẽ eoꝝ que recepit: ꝛ h ꝓpa ſpõte: qꝛ nõ dꝫ aliqs facẽ amicũ ſibi inuoluntariũ. vt. ſ. velit gratis accipe ab eo q noluit gratis dare. Sʒ in h peccauit a ꝑn⁰ ille q bñficiũ accepit: ꝙ h paſſus eſt ab eo a quo nõ oportuit. Nõ. n. recepit bñficiũ a vero amico: neq; ab hoĩe q bñficiũ ꝯtulit ꝓpꝛ ipm̃ cui datuʒ eſt: ſ; ꝓpꝛ vtilitatẽ ĩde ſperatã. Ille igiꝛ q bñficiũ recepit dꝫ ſoluẽ danti. ſicut fit in dctis. i. in ꝯuẽtionib⁹ que fiunt ex cõdicto. Et ſi põt reddẽ eq̃le ei qꝺ recepit dꝫ ꝯfiteri. ſ. ꝓteſtãdo ſe totũ reſtituiſſe. Si vero nõ poſſit reddẽ: neq; ille q ꝯtulit: neq; ẽt ille q accepit bñficiũ dignũ reputat vt ſit ab eo exigendũ. Eſt ẽ h obſeruãdũ ꝙ tali bñfactori q retributionẽ itẽdit: ſit retribuẽdũ. ſi recipiẽs poſſit. Sed a ꝑn⁰ q̃ñ hõ bñficiuʒ recipit dꝫ attẽdẽ a quo recipiat. vtꝝ. ſ. ab amico gratis dãte: vel ab eo q retributionẽ querit. Et ſilr dꝫ attẽdẽ homo in qua re bñficiũ recipiat. vtꝝ. ſ. poſſit recõpẽſare vel non: vt ſic ſuſtineat ſe bñficiari vel non. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Dubitationẽ aũt habet vtrũ opʒ patientis vtilitatẽ menſurari. ꝛ ad hanc facere redditionem vel operantis beneficio.

Le. are. ℂ Hʒ aũt dubõnẽ: vtꝝ accipiẽtis vtilitate metiri debeat: bñficium ꝛ iuxta illã rependi: an iuxta illius q contulit.

Argũ. ℂ Exiſtit aũt dubitatio vtrum qui ſuſcepit vtilitate metiri oporteat id qꝺ reddi debet: an eius q ꝯtulit beneficio.

S. Tho.

Dubõ circa retributionem. ℂ Monet dubitationẽ circa ꝑdicta. Et ꝑ̃ ꝓponit dubõnẽ. Et dič ꝙ dubitatio eſt: vtꝝ ad retributionẽ faciẽdã oporteat mẽſurare ſm vtilitatẽ eius q recepit bñficium: vel ſm opationem eius q dedit bñficium. ℂ Secundo ibi.

ℂ Patientis qdem. n. tali aiunt accipe a bñficis q̃ parua erant illis: ꝛ erant ab alteris accipe paruificãtes. Hi ãt ecõuerſo. Maxima eoꝝ q̃ apud ipſos: ꝛ que ab aliĩs nõ erat ꝛ in ꝑiculis vel talibus neceſſitatibus.

Le. are. ℂ Qui. n. capiũt attenuãtes qdẽ illa talia ſe accipe dicũt: q̃ ꝑua erãt his q ꝯtulerãt: ꝛ licebat ab aliĩs accipe. Illi ꝟo vice verſa maxima eoꝝ que penes ſe erãt: ꝛ que ab aliĩs cõſequi nõ poterant. ꝛ in ꝑiculis atq; hꝫ neceſſitatibus.

Argũ. ℂ Qui nãq; bñficium acceperunt extenuãtes idipm̃ ea dicunt ſeſe cepiſſe que ꝑua erãt illis: queq; ab aliĩs licebat accipe. Illi ꝟo ꝯtra: ea que maxima eoꝝ erãt ſuaꝝ queq; ab illis aſſequi nõ poterãt ꝛ in ꝑiculis aut neceſſitatib⁹ talibus.

S. Tho.

Rõ dubitationis. ℂ Aſſignat rõnẽ dubõnis. Illi. n. q recipiunt bñficia intẽdẽtes attenuare ſuſcepta bñficia dicũt ſe alia recepiſſe a bñficis: que parua erãt illis ad dãdum: ꝛ que illi poterãt de facili ab aliĩs recipe. Ecõuerſo aũt bñfactores volentes magnificare ſua bñficia ſe ꝯtuliſſe maxima eoꝝ que hẽbant: ꝛ que alia nõ poterat ab eis recipe: ꝛ ꝙ ea ꝯtulerint in ꝑiculis ꝛ in magnis neceſſitatibus. ℂ Tertio ibi.

ℂ Igiꝛ ꝓpꝛ vtile qdẽ aicitia exñte patientis vtilitas menſura eſt. Iſte. n. indigens ꝛ ſufficit ipſi ꝛ aſſumens eq̃le. tantuʒ igiꝛ fiet adiutoriũ q̃ntũ iſte iuuatur: ꝛ reddẽdũ eſt ipſi q̃ʒtuʒ accepit ꝛ plus. Melius. n. In his aũt q̃ ſm virtutẽ accuſatiões qdẽ nõ ſunt. menſure aũt aſſimilaꝛ operãtis electio. virtutis. enim ꝛ moris in electione principale eſt.

Le. are. ℂ An igiꝛ cuiʒ vtilitatis cã ſit amicitia eius qui accepit: vtilitas mẽſura eſt. Hic eſt. n. q idiget ꝛ ſatis eſt: vt tantũdem ferat. Tãtum igiꝛ fuit bñficiũ: quãtum iſte accepit vtilitatis: ꝛ reddẽdum eſt igitur tãtum: quãtum ipſe accepit aut etiam plus. Id enim honeſtius eſt. In ea ꝟo que eſt ꝑ virtutem: accuſationes nõ ſunt. Menſura aũt videꝛ ꝯferentis electio. Uirtutis enim ꝛ moris in electione vis eſt.

Argũ. ℂ An qꝛ amicitia eſt ob vtilitatem: vtilitas eius q beneficium ſuſcepit mẽſura eſt ſtatuẽda: Hic eſt. n. qui idiget: ꝛ huic fert opẽ vt acceptur⁹ eq̃lẽ. Tãtũ igiꝛ auxiliũ fuit q̃ʒtũ vtilitatis habuit hic. Et reddẽdũ eſt igiꝛ tãtũ q̃ʒtũ ipſe ꝯſecut⁹ eſt: vel ẽt plus. Eſt. n. ma[illegible]is honeſtum. In amicitijs. aũt que ſunt ob ꝟtutẽ accuſationes qdẽ non ſunt. Mẽſure aũt ſilis eſt electio eius qui bñficium ꝯtulit. Id enim qꝺ eſt virtutis ac moris precipuum in electione conſiſtit.

S. Tho.

Solutio dubitationis. In aicitia vtilis recōpēſationis mēſura ōʒ eē vtilitas recipientis

ℭ Soluit dubitationē. Et inqt ꝙ mēſura retributionis ōʒ accipi ſm vtilitatē quā pcepit ille qui paſſus eſt bñficium. Iſte.n.eſt qui idiguit bñficio. Et ſufficit ꝙ rēpter reddere eq̄lē retributionē. Tātū.n.fuit bñfactoris adiutoriū q̄tū recipiēs accepit de adiutorio. Et ſi plus faciat melius eſt. In amicitijs aūt q̄ ſunt ſm ṽtutē nō ſūt qdē accuſatiōes. ſic.ſ.dcm̄ eſt. Eſt tñ in eis faciēda recōpēſatio. Et in h̄ electio vel volūtas pferētis bñficiū hȝ ſilitudinē mēſure. Qꝛ mēſura vniuſcuiuſqȝ gn̄is eſt id qd̄ eſt pn̄ᵃ in gn̄e illo. Pricipalitas āt ṽtutꝫ ⁊ moris pſiſtit i electiōe. Et iō i aicitia q̄ ē ſm ṽtutē ōʒ fieri recōpēſatio ſm volūtatē eiꝰ q bñficiū ptulit: ēt ſi pui aut nihil auxiliū ex h̄ ē aliqs pſequitꝰ. Lec. 14

Differunt aūt in his ⁊ q̄ ſm ſupercellentiaȝ aicitijs. Dignificat aūt vterqȝ plus hr̄e. Cū āt nō hoc fiat diſſoluit amicitia.

Le. are. ℭ Differunt aūt in ĩis amicitĩis: que ſunt ſm excellentiam. Vterqȝ enim dignum putat: vt ipſe plus habeat. Quando autem id fit: diſſoluitur amicitia.

Argir. ℭ At ṽo diſſētiūt ⁊ i aicitĩis q̄ i excellētia pſiſtūt. Nā vterqȝ dignū exiſtiat plus hr̄e. Atqȝ cū h̄ nō fit diſſoluit aicitia.

S. Tho.

ℭ Poſtq̄ oñdit q̄r fiāt accuſatiōes in aicitia vtili: q̄ eſt ſʒ eq̄litatē. Hic oñdit q̄ō fiāt accuſatiōes in aicitĩis: q̄ ſūt ſʒ ſupercellētiā. Et circa h̄ tria fac̄. Pꝛīo ponit ptrouerſiā q̄ in talibꝰ amicitĩis fieri pſueuit. Scd̄o aſſignat cōtrouerſie rōnē.ibi.(Exiſtimant.n.⁊c̄.) Tertio determinat ṽitatē.ibi.

In aicitĩis q̄ ſūt ſʒ ſupercellētiā ptigūt querele.

(Videt aūt vtiqȝ ⁊c̄.) ℭ Dicit ḡ p̄:ꝙ ēt in amicitĩis q̄ ſūt ſm ſupercellētiā eſt q̄dā dīa ⁊ diſcordia īter amicos: dū vterqȝ.ſ.⁊ maioꝛ ⁊ mioꝛ dignū reputat qd̄ ipſe plus hēat. Et ſi h̄ nō fiat: diſſoluit pp̄ h̄ amicitia. ℭ Deīde cū dicit.

ℭ Exiſtimat.n.melioꝛ pueire ipſi plus hr̄e. bono enim tribui plus. Silr̄ autē ⁊ vtilioꝛ. Inutilē.n.exiſtētē nō aiunt optere eq̄le hr̄e Miniſtrationem.n.fieri.⁊ nō aicitiā: ſi non ſm dignitatē operuȝ erunt que ex amicitia. Exiſtimant enim quemadmodum in pecuniarum cōicatione plura accipiunt pferētes plura: ſic opoꝛtere ⁊ in amicitia.

Le. are. ℭ Nam qui melioꝛ eſt: putat opoꝛtere vt ipſe plus hēat. Bono.n.plus eē tribuēdum. Eodē mō ⁊ vtilioꝛ: eum.n.qui inutilis ſit: equum hr̄e nō cēſet. Famulatū qdem eē nō amicitiam ſi nō pro dignitate opeꝝ erunt: illa que ſunt in amicitia. Putant.n.quēadmoduȝ in pecuniaꝝ ſocietate plus capiunt ĩi qui plura ptulerunt: ſic opoꝛtere in amicitia.

Argir. ℭ Qui nāqȝ p̄ſtabilioꝛ eſt: plus hr̄e opoꝛtē ſe putat. Plus enim tribuēdū eſt bono. Eadē cēſet ⁊ qui magis vtilis eſt. Si nāqȝ quiſpiā inutilis ſit. nō equale inquiunt ipm̄ hr̄e opoꝛtere. Subminiſtrationē enim ⁊ nō amicitiam fieri dicunt: ſi nō pro dignitate operū ea fuerint que ab amicitia fiunt. Naȝ vt in pecuniaꝝ ſocietate plus ĩi capiunt q plures pecunias pferūt: ſic arbitrant ⁊ in amicitia fieri opoꝛtere.

S. Tho.

Rō q̄ mouet maioꝛ ad q̄relas.

ℭ Aſſignat rōnē p̄dicte diſcoꝛdie. Et p̄ ponit rōnē: que mouet maioꝛes. 2° rōnē quaȝ iducūt minoꝛes.ibi.(Indigens āt ⁊c̄.) ℭ Dicit ḡ p̄:ꝙ q̄tū ad aicitiā: q̄ eſt ſm ṽtutē ille q eſt melioꝛ exiſtiat pueniēs eē ſibi ꝙ plus hēat. Si.n.bono debet bonū pueniēs eſt ꝙ melioꝛi plus de bono attribuat. Et ſilr̄ i aicitia q̄ eſt ſm vtile: ille q eſt vtilioꝛ eſtimat ꝙ ipſe debeat plus hr̄e. Nō.n.opȝ ſic dicūt ꝙ ille q eſt minꝰ vtilis eq̄lia recipiat ei q vtilioꝛ eſt. Eſſet.n.q̄dā miſtratio.i.ſuitꝰ ⁊ nō aicitia: ſi cōmoda q̄ ex aicitia pueniūt nō diſtribuerētur ſm dignitatē opeꝝ.vt.ſ.ille q melius opat plus hēat. Exiſtimat.n.ꝙ ſicˉ in mercatiōibꝰ ex cōi pecunia plura recipiūt illi q plus poſuerūt: ita ēt ōʒ fieri in aicitia: ꝙ q plura appoſuit ad amicitiā plura recipiat. ℭ Deīde cuȝ dicit.

ℭ Indigēs aūt ⁊ deterioꝛ ecōuerſo. Aici.n. boni eē ſufficere idigētibꝰ. Quid.n.aiūt vtile ſtudioſo vl̄ potēti amicū eē nihil recepturꝫ?

ℭ Inopo ṽo ⁊ imbecillis cōtra. Amici eſſe boni ſubuenire egentibus. Nam qd̄ pdeſt inquiunt ſtudioſo vel potenti eſſe amicum: ſi nihil ſim conſecuturus. Le. are.

ℭ Qui ṽo eget ⁊ q eſt iferioꝛ ptra. Ad amicū nāqȝ boꝰᵐ ſpectare cēſet egētibꝰ opē ferre. Quid.n. pdeſt inquiūt aicū eē quēpiā ſtudioſo viro aut potēti ſi nihil pſecuturꝰ ſit inde. Argir.

S. Tho.

ℭ Ponit rōnes q̄s iducūt iferioꝛes. Ecōuerſo.n.loquunt indigens in amicitia vtilis ⁊ deterioꝛ in amicitia ṽtutis. Dicūt.n.ꝙ ad amicū excellētem in bono ptinet ꝙ ille ſufficiēter pvideat amicis indigētibꝰ. Nulla.n.videret eſſe vtilitas: ſi aliqs iferioꝛ eēt amicus alicui ṽtuoſo vel potenti: ſi nihil ab eo recipere deberet. ℭ Deinde cum dicit. Querele iferioꝝ.

ℭ Videt āt vterqȝ recte dignificare: ⁊ opoꝛtere vtiqȝ plus tribuere ex aicitia nō ex eodē ſʒ ſupercellēti qdē honoꝛis. idigēti āt lucri.

ℭ Vr āt vterqȝ recte putare: ⁊ optē vtriqȝ plꝰ tribuē ex aicitia: ſʒ ñ ex eadē re: ſʒ excellēti plꝰ honoꝛ: iopi ṽo plꝰ pmodi. Le. are.

ℭ Videtur aūt vterqȝ recte cēſere. Atqȝ plus qdem vtriſqȝ eſt ex amicitia tribuēduȝ: non tamen eiuſdem rei. Sed excellenti qdem honoꝛis: egenti autem lucri. Argir.

S. Tho.

ℭ Determiat ṽitatē. Et p̄ pponit ṽitatē. 2° manifeſtat eā.ibi.(Virtutis qdē ⁊c̄.) 3° īfert q̄ddā coꝛꝛᵐ ex dcīs.ibi.(Propter qd̄ ⁊ vtiqȝ ⁊c̄.) ℭ Dicit ḡ p̄:ꝙ vterqȝ.ſ.ſupioꝛ ⁊ inferioꝛ recte vʒ eſtimare id qd̄ dignū eſt: qꝛ vtriqȝ aliqd plus ōʒ dare: nō tñ de eodē: ſʒ ei q ſupercellit ōʒ plus dari de honoꝛe. ei āt q idiget ōʒ plus dari de lucro. ℭ Deīde cū dic̄. Inferiori plus ōʒ dari e lucro ſʒ ſupiori h̄ honoꝛe.

ℭ Virtutis qdeȝ enim ⁊ beneficij. Honoꝛ ē retributio. Indigētie aūt auxiliū lucrum.

ℭ Virtutis autem ⁊ beneficium pꝛemium eſt honoꝛ. Indigentie ṽo auxilium ⁊ lucrum. Le. are.

ℭ Virtutis enim ⁊ beneficientie pꝛemium honos eſt: indigentie ṽo auxilium: lucrum. Argir.

S. Tho.

ℭ Manifeſtat qd̄ dcm̄ eſt. Et p̄ p rōnē. Scd̄o p exēᵐ.ibi.(Sic āt hr̄e ⁊c̄.) Tertio pbat q̄ddā qd̄ dixerat.ibi.(Poſſe enī ⁊c̄.) ℭ Dicit ḡ p̄:ꝙ iō ſupercellēti ōʒ dari plus de honoꝛe: qꝛ honoꝛ eſt ppa retributio pro opibꝰ ṽtutis ⁊ p bñficĩis p̄ſtitis: in qbꝰ excedūt maioꝛes. Sȝ p lucrū p̄ſtat auxiliū ptra idigētiā: quā patiunt iferioꝛes. ℭ Deīde cū dic̄. Honoꝛ eſt pꝛemiū virtutis ⁊ beneficij.

ℭ Sic āt habere hec ⁊ in vrbanitatibꝰ videt Nō.n.honorat qui nullū bonū cōi tribuit. Cōe.n.dat ei q cōe beneficat. Honoꝛ āt cōe. Non.n.eſt ſimul ditaria cōibꝰ ⁊ honoꝛari. In oibꝰ.n.minus nullus expectat. Ei autē q circa pecunias minorat honorē tribuunt: ⁊ dona expectāti pecunias. Qꝛ ſm dignitateȝ .n.adequat ⁊ ſaluat amicitiā: quēadmoduȝ dictum ē. Sic itaqȝ ⁊ ineq̄libꝰ aſſociandum ⁊ ei q in pecunias vtilis eſt. vt in virtute honorē reddendū tribuentē ꝙ ptingit.

Le. are. ¶ Sic aũt ſe id habere ⁊ in rebꝰ publicis pȝ. Nõ enĩ; honoratur: qui nihil boni ciuitati facit. Publica.n. tribuunt ei qui publice bñfecit: honor aũt publicum qd eſt. Nõ.n. eſt ex re.p. ſimul lucrũ ⁊ honorẽ ſuſcipe. Nam in oibꝰ minus hñe nemo ſuſtinet. Qui erogo in pecunijs minus reportat ei honorem tribuunt: ⁊ qui munera nõ capit ei pecunias. Qđ.n. fit ẽm dignitatẽ equat ⁊ ſeruat amicitiam. vt dcm̃ eſt. Sic igit ⁊ illis qui impares ſunt: ↄuerſandum eſt: ⁊ ei qui ad pecunias vtilitatem facit. aut ad virtutem honor eſt tribuendus reddendo id quod poteſt.

Argu. ¶ Hoc ita ſe hñe ⁊ in rebꝰ politicis ↄſtat. Nõ enim his honoratur qui nihil boni reip. pſtat. Id.n. qđ eſt publicũ ei tribuitur qui bñficia in remp. ↄfert. At honor publicũ eſt. Nõ.n. fit vt ſimul quiſq; pecunias a repu. atq; honorem accipiat. Nemo nãq; fert in oibꝰ minus hñe. Qui igit in pecunijs iminuit ei honorẽ tribuunt. Qui ꝓ munera ſuſcepit ei pecunias dant. Qđ enĩ; fit pro dignitate: id equat ⁊ ↄſeruat amicitiã vt eſt dcm̃. Sic igit ⁊ his eſt agẽdum atq; cõgrediẽdum qui impares ſunt. Et his qui in pecunijs aut ṽtute vtilitatẽ accipit reddat honorem opȝ id reddẽdo qđ põt.

S.Tho.

Exẽplum ad propoſitum. ¶ Manifeſtat idẽ p exẽplum. Sic.n. videmus accidẽ in vrbanitatibꝰ. Nõ.n. honorat ille qui bonũ nullũ; tribuit in cõitate. Sed ei qui aliqđ bñficiũ cõitati ↄtulit dat cõe bonum qđ eſt honor. Nõ.n. de facili ↄtingit q aliqs a cõitate ſimul ⁊ diuitias ⁊ honores recipiat. Nõ.n. aliqs ſuſtinet q hñet minus q̃tum ad oia.ſ. ⁊ q̃tũ ad diuitias ⁊ quantum ad honores. Sed ei q diminutꝰ eſt in pecunijs pp̄ expẽſas q̃s in ſeruitiũ; cõitatis fecit. tribuit ciuitas honorẽ. Et ꝓ eo q pp̄ ſua ſeruitia expectat dona tribuũt pecunias. Dcm̃ eſt.n.ſ. q id qđ eſt ẽm dignitatẽ obſuatũ; ⁊ exhibitum: facit equalitatem ꝓportionalr in amicis: ⁊ ſic amicitias ↄſeruat. Sicut ergo ciuitates qbuſdã exhibent honores: qbuſdã pecuniam ẽm eoꝝ dignitatẽ: ſic faciẽdum eſt qñ ſunt amici inequales: vt ei qui ſuo bñficio in pecuniaꝝ exhibitione vtilis fuit: vel qui opa virtuoſa peregit: reddatur honor: ita q retributio fiat: ⁊ ſi non de equiualenti: tamen de eo quod fieri poteſt. ¶ Deinde cum dicit.

Nullus ſuſtinet hñre minꝰ q̃tum ad omnia.

¶ Poſſibile enim amicitia requirit non qđ ẽm dignitatẽ. Neq; enim eſt in omnibꝰ quẽadmodum in his que ad deos honoribus ⁊ parentes. Nullus enim ẽm dignitatẽ aliquando vtiq; retribuit. In potentiam aũt famulans epyiches eſſe videtur.

Le. are. ¶ Nã amicitia poſſitatẽ reqrit: nõ ẽm eſtimationẽ: neq; eſt in omnibꝰ. Ut in honoribꝰ deoꝝ ⁊ parẽtũ;. Nullus enim pro dignitate vnq̃; retribuere poteſt: ſed qui pro facultate id agit: bonus eſſe videtur.

Argu. ¶ Amicitia nãq; id expoſcit qđ fieri põt: non id qđ eſt pro dignitate. Neq;.n. in oibus eſt vt in honoribus erga deos aut parẽtes. Nemo enim vnq̃; dignum reddere põt. Sed qui quoad poteſt obſequitur: bonus ⁊ equus eſſe videtur.

S.Tho.

Aĩcitia reqrit poſſe. ¶ Probat q ſufficiat reddẽ q ↄtigit: qꝛ amicitia reqrit id qđ eſt poſſe amico: non aũt ſemp id qđ eẽt dignũ: qꝛ qñq; oino eẽt impoſſe. Nõ.n. põt in oibꝰ bñficijs retribui ↄdignꝰ honor. ſicut pȝ in honoribꝰ qui exhibent deo ⁊ parẽtibus: quibꝰ nullus põt aliqñ retribuere cõdignum. Tñ ſi aliqs famulat deo ⁊ parentibus ẽm ſuam potentiam videt eſſe epyiches.i. virtuoſus ¶ Deinde cum dicit.

Deo ⁊ parẽtibꝰ nullꝰ poteſt retribuere cõdignum.

¶ Propter qđ ⁊ vtiq; videbitur non licere filio patrem abnegare. patri aũt filium.

Le. are. ¶ Quapropter videretur vtiq; non licere filio patrẽ; abdicare: ſed patri filium.

Argu. ¶ Quapropter conſtat patrem quidem non licere filio abdicare. Filium autem patri licere.

S.Tho.

Correlariũ. Nõ licet filio abnegare patrẽ. ¶ Infert qđdam correlarium ex dictis. Et p̊ ↄcludit ex dictis: q non licet filio abnegare patrem: ſed patri licet abnegare quandoq; filium. ¶ Secundo ibi.

¶ Debitum enim reddendum. Nihil aũt faciens dignũ; eoꝝ que ſubfuerunt operatus ex qua re ſemper debet. Quibus aũt debet poteſtas dimittere. Et patri vtiq;.

Le. are. ¶ Debitum enim reddendum eſt. Sed qui nihil fecit: dignum rebus fecit. Itaq; ſemper eſt debitor. Quibus autẽ debetur. poteſt as eſt dimittendi. Et patri igitur.

Argu. ¶ Debẽtem enĩ; reddere opȝ. At quicqd egerit: nihil vnq̃; his dignum fecerit que a patre ſuſcepit. Quare ſemper dȝ. Quibꝰ aũt debet poteſt as eſt dimittẽdi. Igitur ⁊ patri.

S.Tho.

Rõ ſcũa ad hoc. ¶ Manifeſtat qđ dcm̃ eſt duabꝰ rõnibꝰ. Quaꝝ p̊ꝰ eſt q filius cũ ſit ↄſtitutꝰ debitor pr̃i pp̄ ſuſcepta bñficia: dȝ ei retribuere: nec põt aliqd dignũ face bñficijs receptis. Uñ ſp remanet debitor. Et iõ nõ licȝ ei abnegare p̃rem. Sȝ illi qbꝰ debet hñt p̃tatẽ dimittẽdi eos q ſibi debẽt. Et ita pr̃ hȝ poteſtatem dimittẽdi filium. ¶ Scđam rõnem ponit ibi.

¶ Simul aũt forte nullus aliqñ recedere vr̃ niſi ſupexcellẽte in malitia. Sine.n. naturali amicitia auxiliationẽ humanũ non expelli. Huic aũt fugiẽdũ vel nõ feſtinãdũ ſufficere malo exñti. Bñ pati enĩ multi volunt. facere ãt fugiũt vt iutile. De his aũt intñ dcm̃ ẽ.

Le. are. ¶ Simul aũt fortaſſe nullus videbit deſtitiſſe: niſi excellẽti prauitate. Nam ⁊ ſine nãli amicitia humanũ eſt auxilium nõ negare. Huic aũt fugiẽdum eſt: aut nõ ſtudẽdũ; prauo auxiliũ ferre. Nã bñ accipe multi volunt: facẽ aũt fugiunt: vt inutile. De his igit eatenus dictum ſit.

Argu. ¶ Simul aũt nemo forſitã vnq̃; ſe mouẽ videt niſi ille exupet prauitate. Nã abſq; aĩcitia nãli hũanũ eſt auxiliũ; nõ negare. Illi aũt fugiẽdũ eſt aut nõ ſtudẽdũ opẽ afferre cũ ſit prauꝰ. Pleriq;.n. ſuſcipe bñficia volunt: ↄferre aũt nolunt: ac fugiũt vt inutile. Sed de his qdẽ eouſq; ſit dcm̃.

S.Tho.

Rõ ſcẽa ¶ Et dicit q nullus filius videt recedẽ a patre abnegando ipm: niſi forte p excellẽtem malitiã: qꝛ ꝓpter amicitiã nãlem: que eſt iter patrẽ ⁊ filiũ humanũ eſt q aliqs nõ expellat eũ qui ſibi auxiliatꝰ eſt. Et ita iniqſſimũ eſt q filius expellat patrẽ. Sed ſi filius ſit malus pr̃ dȝ fugare eũ: vel ad minus nõ dare magnã operã ad ꝓuidẽdum ei ſufficiẽter: qꝛ p hoc in malitia creſceret. Multi.n. ſunt qui volunt bñ pati ab alijs: ſȝ fugiũt bñfacere: ac ſi hoc eſſet inutile. Ultimo aũt epylogẽdo ↄcludit q de his que ad ſpẽs amicitie ptinẽt intñ dcm̃ eſt. Et ſic datur ſententia octaui libri.

Iniquiſſimũ ẽ p̃rẽ expellere. Q pr̃ dȝ fugare filiũ malum.

¶ Incipit liber nonus. Lcõ p̊ꝰ.

IN oibꝰ aũt diſſimiliũ ſpẽrũ; amicitijs analogũ vtiq; eq̃t ⁊ ſaluat amicitiã queãdmodũ dictũ ẽ: puta ⁊ in politica coriario pro calciamẽtis retributio fit ẽm dignitatem ⁊ textori ⁊ reliquis.

Le. are. ¶ In cunctis aũt diſſiliũ; ſpẽꝝ amicitijs ꝓportio adeq̃t: ſeruatq; amicitiã vti dcm̃ eſt: queãdmodũ ⁊ in ciuili Sutori

p calceamēt]:textorīqȝ ⁊ reliqꝫ repēſio ſit.ſȝ eſtimatōēȝ.

Argir. ❡ In oībꝫ amicitijs q̄ ſunt diſſiſes ſpēs cōpatio rōnū equat atqȝ ꝯſeruat aicitiā vt eſt dcm̄ vt ⁊ in ciuili ſocietate:ſutori p calciamētis:⁊ textori ⁊ ceteris p dignitate pmutatio fit.

S.Tho.

❡ Poſtq̄ pħs oſdit qd eſt amicitia:⁊ determinauit de amicitie ſpēbꝫ:hic in 9° libro determinat de amicitie ꝓprietatibꝫ. Et p̄ ponit ꝓpetates aicitie. 2° mouet q̄ſdā dubōnes circa p̄determinata.ibi.(Dubitaf aūt vtrꝫ opꝫ ⁊c̄.) ❡ Circa p̄m duo facit. Pꝛio determinat ea que ptinēt ad ꝯſeruationē ⁊ diſſolutionē amicitie. Scđo determiat de amicitie effectibꝫ. ibi (Amicabilia aūt q̄ ad aicos ⁊c̄.) ❡ Circa p̄m duo fac. Pꝛio determiat ea q̄ ptinēt ad ꝯſeruationē amicitie. Scđo determinat q̄dā que ptinēt ad diſſolutionē ipſiꝰ.ibi.(Dȝ aūt dubitationē de eo ⁊c̄.) ❡ Circa p̄m tria facit. Pꝛio ꝓponit id qđ eſt amicitie ꝯſeruatiuū. Scđo oſdit quō pp hꝰ defectū amicitia turbaf.ibi.(Hic qdē ḡ inuēta eſt ⁊c̄.) Tertio docet remedia ꝯtra hꝰ pturbationē.ibi (Dignitatē āt ⁊c̄.) Et q2 in amicitijs eq̄lia manifm̄ eſt q amicitia ꝯſeruaf p h̄ q eq̄le reddif. manifeſtat p̄ q̄lr poſſit ꝯſeruari amicitia:q̄ eſt diſſimiliū pſonaꝝ adinuicē:q magis dubiū eē videbaf. Et dicit q in oībꝫ talibꝫ amicitijs diſſimiliū pſonaꝝ.puta pꝛis ad filiū:regis ad ſubditū:⁊ ſic de alijs:adequat ⁊ ꝯſeruat amicitiā h̄ q exhibef analogū.i.id qđ eſt ꝓportionale vtriqꝫ. Et h̄ manifeſtat p exēplū ciue:qđ eſt in politica iuſtitia ſm̄ quā in 5° dcm̄ eſt:q coꝛriario p calciamētis:que dedit dȝ retribui retributio ſȝ dignitatē q̄ ē ſm̄ ꝓportōēȝ: ⁊ idē eſt de textore ⁊ de reliqꝫ artificibꝫ. ❡ Deinde cū dicit.

An analogū ſeu ꝓportionale cōſeruat amicitiā. Exemplū Lec.9.

❡ Hic qdē igr̄ inuēta eſt cōis mēſura nūmiſma. Et ad h̄ vtiqꝫ oia referunf ⁊ h̄ mēſuraf.

Le. are. ❡ Ad hoc igif reptus eſt nūmus cōis menſura ad quē omnia referuntur:⁊ quo omnia eſtimentur.

Argir. ❡ Atqꝫ hic quidem cōmunis habef menſura nūmus ipſe ad quem omnia referuntur ⁊ quo menſurantur.

S.Tho.

Nummiſma ē cōis mēſura in cōmutationibus. ❡ Oſdit quō pp defectū analogi turbaf amicitia. Et circa h̄ duo facit. Pꝛio ponit cām.q̄re hꝰ pturbatio ꝯtingē non pōt circa iuſtitie cōmutationē. Et dicit q h̄.ſ.in cōmutationibꝫ politicis inuēta eſt q̄dā cōis mēſura.ſ.denarius.ad quē ſic ad mēſurā oia cōmutabilia referunf. Et eoꝝ pciū p denarios mēſuraf. Et iđ certū eē pōt qd p quo reddēdū ſit. Sȝ ea q̄ ſȝ amicitiā cōmutanf.puta affectꝰ ⁊ obſequia amicoꝝ appreciari pecunia nō pñt. ❡ Et ideo ſcđo ibi.

Affectus ⁊ obſequia aicoꝝ pecunia extimari non pñt. ❡ In amicitia aūt qñqꝫ qdē amatoꝛ accuſatꝫ qm̄ ſupamās nō redamatur nihil hñs amabile.ſi ſic ꝯtigat. Multotiēs aūt amatꝰ:qm̄ plus repꝛomittens oia tñ nihil perficit.

Le. are. ❡ In amatoꝛia vero īterdū amatoꝛ q̄rif:qđ ipſe.ſ.modū e māo nō amaf:nihil hñs foꝛtaſſe qđ amoꝛe ſit dignū. Sepe ēt is q̄ amaf.qđ ille ab initio mlta polliceaꝰ nihil pficiat.

Argir ❡ In amatoꝛia aūt amicitia interdū amatoꝛ querif q ſupꝛa modū amāo nō viciſſim amaf:nihil hñs forte amabile. Interdum is qui adamatur quod cū pꝛius cuncta polliceretur:nunc nihil facit.

S.Tho.

❡ Oſdit quō pp defectū analogi amicitia pturbaf. Et p̄° oſdit ex eo q nō fit recōpēſatio ab vno amico alteri. 2° ex eo q nō recōpēſaf illud qđ q̄rebaf. ibi.(Cōtēndūt aūt ⁊c̄.) Circa p̄m duo facit. Pꝛimo ꝓponit cām pturbatiōis amicitie. Scđo oſdit in qbꝰ amicitijs hoc ꝯtigat.ibi.(Accidūt āt talia ⁊c̄.) ❡ Circa p̄m ꝯſiderādū ē q recōpēſatio amicitie attēdif ſm̄ duo. Pꝛimo q̄tū ad interioꝛē affectū amoꝛis. Et q̄tū ad hoc dicit q qñqꝫ i amicitijs ꝯtigit q amatoꝛ accuſat eū quē amat:qm̄ cū ipſe ſupabundāter amet

Accuſatio amantis.

nō redamef ab eo quē amat. Et qñqꝫ ſus accuſatio eſt iniuſta.puta ſi ꝯtingat q nihil hēat in ſe. vñ ſit dignꝰ amari. Scđo fit recōpēſatio amicitie q̄tuꝫ ad exterioꝛa dona vel obſeqa. Et quātuꝫ ad hoc dicit q multotiens ille qui amaf accuſat amatoꝛeȝ:q2 cum p̄us repꝛomiſerit ſibi omnia tandem nihil perficiaf. ❡ Deinde cum dicit. Accuſatio amati.

❡ Accidūt aūt talia cū hic qdē pp delectationē amatū amet. hic aūt ꝓpter vtile amatoꝛē. Hec aūt nō ambobꝰ exiſtūt. Ꝓpꝛ hec enī amicitia exn̄te diſſolutio fit cū nō fiāt. quoꝝ grā amabāt. Non.n.ipſos amabāt:ſed exiſtēīa nō manētia entia. Ꝓpter qđ tales ⁊ amicitie. Que aūt moꝝ ſm̄ ſeipſam exiſtens manet quēadmodum dictum eſt.

❡ Eueniūt aūt hec:cū alter pp voluptatē amat amatū:alr̄ pp vtilitatē diligit amatoꝛē. Atqꝫ ea nō exiſtūt ambobꝰ. Nā cū pp hec ſit inter eos amicitia qñ illa nō aſſunt:q̄rū grā ſe amabāt diſſoluif. Nō.n.ſeipſos amabāt:ſȝ illa q̄ aderāt. Eaꝺ ſtabilia nō erāt. Itaqꝫ ⁊ hꝰ amicitie ſtabilitatē nō hñt. Sȝ q̄ moꝛaliū eſt p ſe exiſtēs:durat:vt diximus. Le. are.

❡ Fiūt aūt talia:cū ille qdē ob voluptatē adamatū:hic autē ob vtilitatē diligit amatoꝛē:⁊ hec nō aſſunt vtriſqꝫ. Nā cū pp hec ſit amicitia fit diſſolutio:cū ea nō fiūt grā q̄ꝝ amabant. Non enī ſe mutuo amabāt ſed ea que inerāt:q̄ non permanēt. Quapꝛopter tales ⁊ amicitie ſunt. Moꝝ vero amicitia cum p ſe ſit permanet vt dictum eſt. Argir.

S.Tho.

❡ Oſdit in qbꝰ amicitijs h̄ ꝯtigāt. Et dicit q p̄dcē mutue accuſatiōes int̄ amatoꝛē ⁊ amatū accidūt quādo amatoꝛ amat pp delectationē. amicꝰ aūt amat amatoꝛē pp vtile. Cōtigit aūt qñqꝫ q iſta nō exiſtūt:q2.ſ.nec amatoꝛi amatꝰ exhibet delectatiōēȝ:nec amatoꝛ amato vtilitatē. Iđo fit diſſolo amicitie:cū non pmanēant illa:pp q̄ ſola amicitia erat. Nō.n.ſeinuicē pp ſeipſos amabāt:ſed pp p̄dicta.ſ.vtilitatē ⁊ delectationē:q̄ nō ſunt pmanētia.⁊ ideo nec tales amicitie ſūt pmanētes. Sed ſicut ſupꝛa dcm̄ eſt. amicitia que eſt pp bonos moꝛes eſt pmanēs:q2 ſm̄ eā amāt ſeinuicē amici ꝓpter ſeipſos. ❡ Deinde cum dicit.

In qbꝰ cōtingāt p̄dicte q̄rele. Nota de aicitijs pp vtilitatē et delectationem. In.8.l.3.

❡ Contēdunt aūt ⁊ cū altera fiant ipſis ⁊ que nō appetūt. Siīe.n.ei qđ eſt nihil fieri cū eo qđ appetit nō potitur.puta ⁊ cythared̄o repꝛomittēs q̄to meliꝰ caneret tanto plus. in mane aūt expetēti ꝓmiſſiones:pꝛo delectatione delectationē reddidiſſe dixit:ſi qdē igitur vterqꝫ h̄ volebat ſufficiēter vtiqꝫ habuit. ſi aūt h̄ qdē delectationē. h̄ aūt lucruȝ:⁊ h̄ qdem hȝ. hic aūt nō. nō vtiqꝫ erit qđ ſm̄ cōicationem bñ. Quibꝰ.n.indigēs exiſtit his ⁊ attendit.⁊ illius qdē gratia hec dabit.

❡ Oꝛitur etiā inter eos indignatio:quādo alia fiunt:ac nō illa que ipſi optabāt. Perinde eſt.n.ac ſi nihil fiet:quādo nō potiunf optatis. Ut is qui cōducto cythared̄o pollicitus eſt:⁊ quanto melius caneret:tanto maioꝛa. Poſtridie pꝛomiſſa poſcenti pꝛo voluptate:voluptatem reddidiſſe inquit. Si igitur vterqꝫ hoc voluiſſet:ſatis id eſſet. Sin vero hic demulceri voluit ille pecuniaȝ capere:⁊ alter habet quod voluit:alter nō habet.non bene ſe habet:quantum attinet ad ſocietatem. Quoꝝum enim indigus eſt:illis intendit ⁊ huius gratia hec dabit. Le. are.

❡ Diſſētiūt āt ⁊ cū alia fiūt ipſis:⁊ nō ea q̄ appetūt. Eſt.n.ſile Argir.

ac ſi nihil fieret cuȝ nõ id aſſequit̃ qḋ affectat. Quale fecit ⁊ Cytharedo pollicebat̃ quanto melius cantaret ſe plura daturũ. Poſtridie ṽo repoſcẽti ꝓmiſſa voluptatẽ reddidiſſe dixit ꝓ voluptate. Si igit̃ vterq; h̃ affectaret ſatis vtiq; hẽr. Sin ṽo ille voluptatẽ: hic lucrũ affectabat: alter hȝ: alter ñ hȝ: nõ bñ ſeſe hȝ ipſa ſocietas. Quoꝝ. n. idiget vnuſqſq;: hec ⁊ aſſequi vult: ⁊ hoꝝ gratia dabit ea que habet.

S. Tho.

Qñ amicitia ꝗ̃ perturbat̃ ex eo q: aliq̃ nõ dat qḋ deſiderat ſed aliud. Exẽplũ de cythareda. ℂ Oñdit qũo amicitia turbat̃ ꝑ h̃ q: non recõpenſat̃. illud qḋ querebat̃: ſȝ aliud. Et dicit q: multotiẽs amici ꝯtẽdũt adinuicẽ cũ nõ recõpẽſant̃ eis illa que appetũt: ſȝ q̃dã alia. Cũ. n. aliq̃s non potit̃ eo qḋ deſiderat: ſile eſt: ac ſi nihil ei fieret. Et ponit exẽplũ de q̃dã cythareda. cui q̃dã repromiſit q: q̃to melius cãtaret tãto ei plus daret. Cũ aũt in mane poſt cantũ petiiſſet repromiſſiones ſibi adimpleri. r̃ndit ꝓmiſſoꝛ q: ipſe pro delectatiõe reddiderat ei delectationẽ: q: ṽſa vice in aliq̃ euȝ delectauerat. Et ſi q̃dẽ cythareduſ q̃rebat delectationẽ ſufficiẽter ſe hȝ recõpẽſatio facta. Si ṽo ꝓmiſſoꝛ q̃rebat delectationẽ. cythareduſ aũt lucruȝ: nõ eſt bñ facta cõmutatio: q: vn⁹ eoꝝ hȝ qḋ querebat. ali⁹ aũt nõ. Ille. n. qui exhibet aliq̃d ad illa attendit quibus idiget: ⁊ hoꝝ gratia dat illa que dat. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Dignitatẽ aũt vtriuſq; ordiare eſt an dãtis vel ꝓ accipiẽtis. Qui. n. añ dat vĩ ꝯcedere illi: qḋ aiũt ⁊ pythagorã facere. Cuȝ. n. doceret quẽq; honorare diſcentẽ iuſſit quãto videt̃ digna ſcire. Et accipiebat tñ. In talib⁹ autẽ quibuſdã ſufficit h̃. Merces aũt viro.

Le. are. ℂ Sed vtꝝ dãtis eſt an accipiẽtis eſtimationẽ ponẽ? Naȝ qui ꝓ dat: videt̃ illi ꝑmittẽ: qḋ aiunt ⁊ Prothagorã ſeruaſſe. Cũ. n. docuerat: eſtimare diſcipulos iubebat: quãti ſibi viderent̃ illa: que ab eo didiciſſent: ⁊ tãtumq; accipiebat. In talibus ṽo quibuſdam ſatis eſt illud: merces aũt viro.

Argir. ℂ Utrius aũt eſt eſtimationẽ facere: eius ne qui dat: an ei⁹ qui ꝓmo accepit. Nã qui dat videt̃ illi ꝑmittere: qḋ q̃dem ⁊ Prothagorã feciſſe aiunt. Cum eñ docuiſſet ea que ꝓfitebat̃: diſcipulum eſtimare iubebat: quãti ipſi viderent̃ ea que ſcit: ⁊ tãtum accipiebat. Nõnullis aũt in talibus ſatis eſt illud. Sufficiens ſocio merces ſane eſt ſtatuenda.

S. Tho.

ℂ Docet remedia ꝯ̃ ꝓdictas amicitie turbatiões. Et circa h̃ duo fac̃. Pmo docet q̃ ſint obſeruãda ad h̃ q: par amicitie ꝯſeruet̃. 2° determinat q̃dã dubitationẽ. ibi. (Dubitationẽ aũt hñt ⁊c̃.) ℂ Circa ꝓm̃ duo facit. Pmo oñdit ad quẽ ptineat eſtimare dignã recõpẽſationẽ i amicitiis. 2° oñdit q̃r hõ recõpẽſatio fiat. ibi (In quibuſdã nõ fit ⁊c̃.) ℂ Circa ꝓm̃ duo facit. Pmo oñdit: q: eſtimatio digne recõpẽſationis ꝑtinet ad eũ q ꝓ accepit bñficiũ. 2° oſtẽdit qũo ex ei⁹ defectu ſeq̃t̃ accuſatio in amicitiis. ibi. (Poſt accipientes aũt ⁊c̃.)

Æſtimatio recõpẽſationis illi ꝯcedit̃ qui primo accepit. Exẽplũ de pythagora. ℂ Dicit ḡ ꝓ. q: ordinare dignitatẽ recõpẽſationis ptinet ad vtrũq;. ſ. ad eũ q añ dedit ⁊ ad eũ q añ accepit bñficiũ. Sȝ tñ ille q añ dedit vĩ ꝯcedẽ iudiciũ recõpẽſationis illi q accepit. ſic dĩ de Pythagora pħo: q: cũ doceret diſcipulos iubebat q: diſcipulus honoraret eũ in muneribꝰ q̃tũ ſibi videbat̃ dignũ dare pro hiis: q̃ eo docẽte ſciebat: ⁊ tãtũ accipiebat ab vnoquoq; eoꝝ. In talib⁹. n. amicitie obſequiis ſufficit quibuſdã q: eis reddit̃ ſm̃ eſtimationẽ recipiẽtiũ bñficia. Et ſic videnṫ ſufficiẽter mercedeȝ recipere: q: merces dat̃ viro. ſ. benefico: non autem rei exhibite. Et ideo ſufficiens videt̃ eſſe merces: que ſufficit viro: etiam ſi nõ equipararet beneficium. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Preaccipiẽtes aũt argẽtũ. Deide nihil faciẽtes eoꝝ q̃ dixerũt ꝓp ſupabũdãtiã repmiſſionũ ꝯueniẽter i accuſatiõib⁹ ſiũt. Nõ. n. ꝑficiũt q̃ ꝯfeſſi ſũt. Hoc aũt forte facẽ ſophiſte cogunt̃ ꝓpt̃ nulluȝ vtiq; dare argentuȝ ꝓ q̃b⁹ ſciũt. Iſti q̃dẽ igit̃ quoꝝ accipiebant mercedẽ nõ faciẽtes ꝯueniẽt̃ i accuſatiõibus ſunt.

ℂ Sed q pecunias acceperunt ꝓus: ac deide nihil eoꝝ que promiſerãt efficiunt ꝓpter magnitudinẽ ꝓmiſſoꝝ: merito aduerſus eos querele ſunt. Nõ enim adimpleuit ꝓmiſſa. Hoc fortaſſe facere cõpelluntur ſophiſte: q̃m nemo dat pecunias pro hiis que ſciunt. Hi ergo pro quibus rebus pecunias acceperũt: eas res nõ adimplentes merito culpantur. Le. are.

ℂ Qui ṽo ꝓus acceperũt argẽtũ. deide nihil eoꝝ q̃ ꝓmiſerũt ob exuperationẽ ꝓmiſſionũ efficiũt: merito icuſant̃. Nõ enĩ ꝑficiũt ea q̃ pepigerũt. Hoc aũt fortaſſe ſophiſte facẽ cõpellunt̃: q: nemo daret pro hiis que ſciũt argẽtũ. Hi igit̃ ea pro q̃b⁹ acceperũt mercedẽ nõ efficiẽtes merito accuſant̃. Argir.

S. Tho.

ℂ Oſtẽdit qũo ꝑturbatio aicitie ꝯuenit ex defectu eoꝝ q ꝓ accipiũt. Et dic̃ q: illi q ꝓ accipiũt pecuniã añ. i. q̃ꝫ futurũ: deide nihil faciũt eoꝝ q̃ ꝓmiſerũt: q: forte ꝓmiſſiões fuerũt ſuperflue ꝯueniẽter accuſant̃: q: nõ ꝑficiunt ea q̃ ꝓmiſerũt. Et hec cogunt̃ facẽ ſophiſte: q: ꝓ oĩb⁹: q̃ ſciũt nihil daret̃ eis. ſi cõmitteret̃ arbitrio diſcẽtiũ: q: tota eoꝝ ſcia i quibuſdã apparẽtib⁹ ⁊ friuolis ꝯſiſtit. Sic ḡ iſti iuſte accuſant̃ dũ nõ faciebãt illa ꝓ q̃b⁹ mercedẽ accipiebãt. ℂ De. cũ di. Juſta accuſat̃ q mercedẽ accipit nec exp̃lẽt ea que ꝓmiſerunt.

ℂ In q̃b⁹ aũt nõ fit ꝓp ꝯfeſſionẽ miſtrationis hi q̃dẽ ꝓpt̃ ſeipſos añdãtes. dcm̃ ẽ: q̃m iaccuſabiles. Talis. n. ſm̃ ṽtutẽ aicitia. ⁊ retributionẽ faciẽdã ſm̃ electionẽ. Hec. n. aici ⁊ virt⁹. Sic aũt ⁊ vĩ ⁊ pħia cõicãtib⁹. non. n. ad pecunias dignitas menſurat̃ ꝓciũq; eq̃ponderãs non vtiq; fiet: ſed forte qḋ ſufficiens queẽadmodũ ad deos ⁊ parẽtes ꝯtingens. Sophiſtarum ſcia.

ℂ Sed in q̃b⁹ nõ fit ꝯuentio opis: qui ꝓpter ſeipſos exhibẽt: ſine querela ſunt. Talis eſt. n. illa que ꝑ ṽtutẽ fit amicitia. Remuneratio facienda eſt ſm̃ electionẽ. Hec enim amici atq; ṽtutis. Eodẽ modo videt̃ faciẽdum pħie preceptoribus. Non. n. nũmis ea res eſtimat̃: nec precium equalens reperit̃: ſed forte ſatis eſt: queẽadmodum erga deos. ⁊ erga parentes quãtum quis poteſt exhibere. Le. are.

ℂ Eoꝝ aũt in quibus ſubminiſtrationis nõ fit pactũ: qui ꝓp ſeipſos exhibẽt incuſationib⁹ carẽt vt dixim⁹. Talis eſt. n. ea amicitia que ob ṽtutẽ ꝯſtat̃. Remuneratioq; facienda eſt electione. Hec. n. eſt amici atq; ṽtutis. Sic eſt faciẽduȝ ⁊ in ſocietate que fit ob pħiam. Nõ. n. eius dignitas pecunie equari pñt. Nec honos pcius vnq̃ꝫ fiet momẽti. Sȝ ſatis eſt forſitã vt ⁊ ad deos atq; parẽtes id qḋ fieri poteſt. Argir.

S. Tho.

ℂ Oñdit qũo debeat fieri recõpẽſatio i amicitiis. Et ꝓ q̃tũ ad amicitias: q̃ ſunt ſm̃ ṽtutẽ. 2° q̃tũ ad alias amicitias. ibi. (Nõ tali aũt exiſte ⁊c̃.) ℂ Dicit ḡ ꝓ. q: ſi nõ fiat collatio bñficiĩ ꝓp ꝯfeſſionẽȝ. i. ꝓmiſſionẽ alic⁹ certi miſterij. ſicut in ꝓdictis fiebat. ꝯtingit q̃nq; q: aliq añ dãt bñficia aliq̃b⁹ ꝓp ipſos accipiẽtes ⁊ nõ intuitu alic⁹ recõpẽſationis. Et maniſeſtũ eſt ex ꝓdictis in 8° q: tales ſũt iaccuſabiles. Hoc. n. ptinet ad amicitiã: q̃ eſt ſm̃ ṽtutẽ in q̃ faciẽda eſt retributio. reſpiciẽdo ad electionẽ ſiue affectũ faciẽtis. Electio. n. maxime ptinet ad amicitiã ⁊ ṽtutẽ. ſicut dcm̃ eſt. Et ſicut hoc obſeruat̃ in amicitia: que ꝯſiſtit in cõicatione ṽtutis. ſic ẽt obſeruãdum eſt in cõicatione pħie. puta inter magiſtrum ⁊ diſcipulũ. Nõ enim dignitas pħie quã q̃s addiſcit põt menſurari ſm̃ pecuniã; nec põt diſcipulus equale ꝓciuȝ magiſtro

Q̃ uo debeat fieri recõpẽſatio i amicitia. Lec. 13. q̃ ẽ ſm̃ ṽtutẽ. Ibidem. Dignitas pħie.

magiſtro reddere:ſed forte reddēdum eſt illud qđ ſufficit. ſicut deo ⁊ parentibus. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Nō tali āt exiſtēte datione:ſʒ i aliquo.maxime qdē forte opʒ retributionē fieri viſaʒ ambob⁹ ſm dignitatē eē. Si āt hoc nō accidat.nō ſolū neceſſariū eē videbit vtiqʒ p̄habentē ordinare:ſed etiā iuſtum.

Le. arc. ℭ Non tali aūt exiſtente datione:ſʒ in aliquo maxime forte opʒ.redditionē fieri:que videat vtriqʒ eſſe ſm dignitatē. Quod ſi id cōuenire non poteſt.non ſolum neceſſarium: ſed ēt iuſtum videbitur eum qui p̄cepit ſtatuere.

Argir. ℭ Quod ſi datio nō ſit talis:ſed pro aliquo:maxime:qdē opʒ forſitan retributionē fieri vt vtriſqʒ videt eſſe pro dignitate. Si vero hoc non accidit nō ſolum neceſſarium:verum etiā iuſtū eſſe videbit:ipſm p̄habentem hāc ipſaʒ ſtatuere.

S. Tho.

ℭ Oſtidit q̄lr fiat recōpēſatio in aliīs amicitiīs. Et circa h tria facit. Pīo ꝓponit qđ intēdit. Scđo ꝓbat ꝓpoſitum.ibi. (Quātū.n.⁊c̄.) Tertio rīdet tacite qōni.ibi (Opʒ aūt forte ⁊c̄.) ℭ Dic̄ g̊ p̄.q̄ ſi nō ſit talis datio:q̄.ſ.aliqs det alicui ꝓp ſeipm:ſʒ in aliq̄ recip ēdo ſit dātis intētio:opʒ q̄ fiat retributio:q̄ vr̄ ambob⁹ digna.ſ.⁊ dāti ⁊ accipiēti. Et ſi h nō ꝯtigat dʒ eſtimare dignā cōpēſatione ille q̄ ꝑus habuit bñficiū. Et h nō ſolū eſt neceſſariū:ſʒ ēt iuſtū. ℭ Deinde cū dicit.

Quāl' debet eē recō pēſatio in aliīs amicitīs.

ℭ Quātū.n. vtiqʒ iſte adiut⁹ ē:vl' ꝗ̄ꝫto delectatione vellet vtiqʒ tm̄ rcipiēs hēbit adhuc dignitatē. Et.n.i emptionib⁹ ſic videt factū.

Le. arc. ℭ Quātum.n.hic vtilitatis ſuſcepit:vel pro quāto voluptatem ſuſcepiſſet:tantū is qui ꝯtulit: ab eo ꝯſequet eſtimationem. Nam ⁊ in rebus venalibus ſic fieri conſtat.

Argir. ℭ Nam ſi quātum hic vtilitatis habuit aut pro quāto voluptatem et petit tm̄ ille rec̄ pit:dignā de hoc remunerationem habebit. Etenim in rebus venalibus ita fieri ꝯſtat.

S. Tho.

ℭ Probat ꝓpo^m. Et ꝓ p rōnē. 2° p auc̄tē legis.ibi.(Alicubi aūt ⁊c̄.) ℭ Dicit g̊ p̄ q̄ ꝗ̄ꝫtū aliqs eſt adiut⁹ p bñficium amici in amicitia vtili:aut ꝗ̄ꝫtū acceptat delectationē in amicitia delectabili:tātū dignū eſt q̄ recōpēſet. Quia ſic ēt videtur fieri in emptionib⁹:q̄.ſ.q̄ꝫtū aliqs extimat rē tāti emit eā:ꝗ̄ꝫtū aūt aliqs ſit adiutus ex bñficio:vel quātum acceptat delectationē:ipſe maxime ſcire pōt qui eſt adiutus vel delectatus. Et ideo neceſſarium ⁊ iuſtum eſt q̄ ſm eſtimationem eius cōmutet recōpenſatio. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Alicubi āt ſunt leges.ſ.volūtariaꝝ ꝯuētionū vindictas nō eē:vt opportunū cui credit diſſolui ad hunc queādmodū cōicauit. Cui .n.ꝯceſſū ē hūc exiſtimant iuſti⁹ eē ordinare ꝯcedente. Multi.n.nō eq̄lr app̄ciant hñtes ⁊ volētes accipe. Propria.n.⁊ q̄ dāt ſingulis videnť multo digna:ſed tm̄ retributio fit ad tantum quātū vtiqʒ ordināt accipientes.

Le. arc. ℭ Et qbuſdā i locis ſunt leges volūtarioꝝ ꝯtractuum iudicia nō eē:q̄ſi ꝯueniat cuius qdem ſecutus qs ſit:cum eo ita agi:vt ab initio ꝯtraxit. Cui.n.pmiſſum eſt:hūc videt iuſtius ꝑciū ſtatuē q̄ꝫ eum qui pmiſit. Pleraqʒ enim non eque eſtimant:qui habēt ⁊ qui volūt accipere. Sua enī quiſqʒ ⁊ que dat pluris exiſtimat. Sed ta[illegible] repenſio fit in h[illegible] quantum ſtatuūt q̄ qui recep[illegible]unt.

Argir. ℭ Et qbuſdā in locis ſunt leges que vetāt ſpōte actoꝝ ꝯtractuum iudicia eē:ꝓpterea q̄ opʒ vnūquēqʒ ad eū qui credidit ſic diſſolutionē face:vt ſocietatē ꝯtraxit. Putās.n. eum iuſtius eē ſtatuere cui pmiſſum eſt q̄ꝫ eūʒ qui pmiſit. Etenim pleriqʒ nō eque eſtimāt qui hñt ⁊ qui accipe volunt. Sua.n.cuiqʒ ⁊ ea que ꝯdat multo videnť ꝑcio digna. Attn̄ retributio fit ea quā ſtatuūt q̄ q capiunt quātitate.

S. Tho.

ℭ Oñdit idē ex auc̄te legis. Et dicit q̄ in aliqb⁹ ciuitatibus lege ſtatuit q̄ nō fiat aliq̄ vindicta circa volūtarias ꝯuentiones.ſi poſtea aliqs eoꝝ ſe deceptū reputet. Quia opʒ vt ſi aliqs volūtarie credidit alicui bñficiū ſuū vel obſequiuʒ q̄ ſoluat ſm eius iudiciū cui credidit ſm modū p⁹ cōmutationis. Exiſtimāt.n.legiſlatores q̄ ille cui a p̄n⁹ ꝯceſſum eſt magis iuſte dʒ ordinare recōpēſationē q̄ꝫ ille q ei ꝯceſſit. Et h iđ q2 multa ſūt que nō equalr app̄ciant:illi q iam hñt ea.⁊ illi q de nouo volūt ea accipe. Videt.n.ſingulis q̄ ꝓpa bona que dāt ſint digna multo ꝑcio. Sʒ tn̄ retributio dʒ fieri ſcđm ꝗ̄ꝫtū eſtimāt recipiētes. ℭ Deīde cū di.

ℭ Opʒ aūt forte in tāto app̄ciari ꝗ̄ꝫtū hñti videt dignū:ſed qñ añ hēre appreciatis ē.

Le. arc. ℭ Oportet forſan non tanti facere quanti videtur poſſidenti:ſed quanti faciebat priuſq̄ꝫ poſſideret.

Argir. ℭ Oportet autem fortaſſe non tāti eſtimare:quanti videt dignum habenti:ſed quanti eſtimabat antea q̄ꝫ haberet.

S. Tho.

Tēporalia pluris extimant añq̄ꝫ hēantur q̄ꝫ poſt.

ℭ Rñdet tacite qōni dicēs:q̄ ille q recipit bñficiū.dʒ appreciare ipſm nō ſm hoc qđ ei videt dignū poſtq̄ꝫ iam hʒ:ſed ꝗ̄ꝫtū appreciabat anteq̄ꝫ hēt. Solent.n.hoīes appreciari bona tp̄alia adepta minus q̄ꝫ qñ ea nō habita cupiebāt.⁊ precipue in neceſſitate exiſtentes.

Lectio .ij.

Dubitationē āt hñt ⁊ talia.puta vtꝝ opʒ omnia p̄ri attribuere ⁊ obedire.vel laborantē qdē medico obediēdū.ducē āt exercit⁹ ad ordinādū bellicoſuʒ.Silr āt amico magis vl' ſtudioſo miniſtrādū. Et bñfactori reddēdū gr̄aʒ magis vel amico dandū.ſi ambob⁹ nō ꝯtingit.

Le. arc. ℭ Sed hñt iſta dubitationē. Veluti vtꝝ oporteat oīa p̄ri tribuē ⁊ in oīb⁹ parē illi. An in morbis qdē medico credendum eſt:⁊ ducē eligēdū rei militaris ꝑitiſſimū. Silr amico magis an ſtudioſo inſeruiēduʒ. Et bñfactori magis retribuēdum:an amico dandum ſi vtriqʒ non poſſit.

Argir. ℭ Habent aūt ⁊ talia dubitationem. Vtꝝ oporteat oīa p̄ri tribuere:ei in oībuſqʒ obtēperare an egrotāti qdē parēdum ſit medico:deligēti vero ducem exercitus deligēdus ſit rei militaris ꝑitiſſimus homo. Silī modo vtꝝ amico ſit potius an ſtudioſo ſubminiſtrādum: ⁊ bñfactori reddenda ſit gratia:an ſodali potius dāduʒ:ſi vtrūqʒ fieri nequeat.

S. Tho.

ℭ Poſtq̄ꝫ pħs oñdit:q̄ amicitia ꝯſeruat p recōpēſationē ꝓportionalē. Hic mouet q̄ſdaʒ dubitationes circa aicoꝝ bñficia ⁊ recōpenſationes eoꝝ. Et p̄ mouet dubitationes. 2° ſoluit eas.ibi. (Ergo oīa talia ⁊c̄.) ℭ Circa p^m mouet tres dubitationes. Quaꝝ p^a eſt vtꝝ circa oīa opʒ magis exhibē bñficia p̄ri ⁊ obedire ei q̄ꝫ qbuſcūqʒ aliīs ꝑſonis:vel circa q̄dā ſit magis obediēduʒ aliīs puta q̄ laborās.ſ.infirmus magis dʒ obedire medico q̄ꝫ p̄ri: ⁊ hō bellicoſus magis dʒ obedire ꝑcepto ducis exercit⁹ q̄ꝫ ꝑcepto p̄ris. Scđa dubitatio eſt.vtruʒ aliqs magis debeat miniſteriū exhibē amico ſuo vel hoī v̄tuoſo. Tertia dubitatio ē.vtꝝ hō magis debeat retribuē bñfactori ꝓ gr̄a ſuſcepta q̄ꝫ dare aico.ſi ita ꝯtingat q̄ hō nō poſſit vtriqʒ ſatiſface. ℭ De.cū dic.

Tres dubitationes. Prima. Secunda. Tertia.

ℭ Igit oīa talia certe qdē determinare nō facile. Multas.n.⁊ oīmodas hñt drīās ⁊ ma

gnitudine ⁊ paruitate ⁊ bono ⁊ neccio. Qm̃ aũt nõ oĩa eidẽ reddendũ nõ imanifeſtum.

Le. are. ¶ An ꝟo talia oĩa determinare nõ facile. Multas.n. ac varias hñt drãs ⁊ magnitudie ⁊ puitate ⁊ honeſto ⁊ nečio. Sed qð non oĩa eidẽ tribuẽda ſunt nõ eſt obſcurum.

Argir. ¶ Oĩa igiť talia exacte determinare nõ eſt facile. Multas.n. ac varias hñt drãs: ⁊ magnitudine ⁊ puitate ⁊ honeſtate atq₃ nečitate. Ueꝝ nõ oĩa eidẽ eẽ tribuẽda nõ eſt obſcuꝝ.

S. Tho.

Solõ generalis. ¶ Soluit ꝑdictas qõnes. Et ꝓ ſoluit in gñali. Scðo in ſpeciali. ibi. (Et bñficia qdẽ.) ¶ Dicit ḡ ꝑ.ꝙ oĩa hꝫ ꝑ certitudinẽ determinare nõ eſt facile: qꝛ circa ꝑdicta põt attẽdi drãs multipl̃r ⁊ ſm̃ oẽm modũ. ſ. ſm̃ magnitudinẽ ⁊ puitateꝫ. puta ꝙ aliqs eſt ṽtuoſus vel amicus vel bñfactoꝛ vel multum vel parũ. Et ſilr̃ qñq₃ eſt drña ſm̃ bonũ ⁊ nečium. puta miniſtrare ṽtuoſo ſeu amico videť eſſe melius: ſed miniſtrare bñfactori videť eſſe magis nečium. Hoc tñ in talib⁹ eſt manifeſtum ꝙ non oĩa ſunt eidem exhibenda: ſed quedam eis. quedam aliis. ¶ Deinde cum dicit.

Non ſunt oĩa eiſdem exhibẽda.

¶ Et bñficia qdẽ retribuendũ vt in multuꝫ magis q̃₃ donandũ aĩcis. Et queãdmodũ mutuũ cui dꝫ reddẽdũ magis q̃₃ aĩco dãdũ

Le. are. ¶ Et reddẽdũ bñficiũ: vt plimũ magis eſt q̃₃ aĩco ꝯferẽdũ. Cui mutuũ magis cui debeas reddẽdũ ẽ: q̃₃ amico dãdũ.

Argir. ¶ Atq₃ beneficia pleruq₃ reddenda ſunt potius q̃₃ eſt largiendum amicis: ſicut ⁊ mutuum reddendum eſt potius cui debeat: q̃₃ dandum ſodali.

S. Tho.

Solõ qõnis t̃tie. Magis retribuẽdũ bñfactori q̃₃ donandũ amico. ¶ Soluit ꝑmiſſas qõnes in ſpali. Et ꝓ ſoluit tertiã dubitationẽ, 2° ſoluit ꝑmã: ꝑ quã ẽt dať itelligi ſolõ 2ᵉ. ibi. (Qm̃ qdẽ igiť nõ eadẽ ⁊c̃.) ¶ Circa ꝓᵐ tria facit. Primo docet qd ſit cõiter obſeruãdũ. Et dicit ꝙ in plib⁹ magis dꝫ hõ retribuere bñfactori q̃₃ dare gratis amico ſi vtrũq₃ fieri non poſſit: ſicut etiam magis dꝫ reddi mutuũ. q̃₃ gratis dari amico. Eodem enim mõ homo teneť ſm̃ moralẽ honeſtatem ad retribuẽdum beneficia. ſicut ſm̃ legaleꝫ iuſtitiam ad mutuum reddendum. ¶ Secundo ibi.

¶ Forte autẽ neq₃ hoc ſemꝑ puta liberari a latronib⁹. vtrũ ſoluentẽ ꝯtra liberãdũ ⁊ vtiq₃ qcũq₃ ſit. vl̃ nõ capto: petenti aũt reddendũ. vel patrẽ liberandũ. Uidebiť eniꝫ vtiq₃ ⁊ ſeipſo magis patrem.

Le. are. ¶ Sed id fortaſſe non ſemꝑ. Ut ecce redẽptus a predonibus vtruꝫ eum qui redemit vice verſa redimere ipe debet: quicũq₃ is ſit: vel etiam nõ capto repetẽti reddere: vel pr̃eꝫ redimere. Uidebiť.n. pr̃em potius q̃₃ ſe ⁊ redimẽ illũ optẽ.

Argir. ¶ Fortaſſe aũt neq₃ hoc agẽdum eſt ſemꝑ. Ut redẽptum a predonib⁹: vtꝝ euꝫ q ipſm redemit: redimere viciſſim oportet quicũq₃ is ſit: aut nõ capto qdem repetenti vero mutuum reddere: an redimere patrem. Uidebitur enim pr̃em potius q̃₃ ſe etiam redimere illum oportere.

S. Tho.

Caſus i q̃ fallit preceptum predictum. ¶ Ponit caſum in quo fallit ƀ qð dr̃. Et dicit ꝙ forte ƀ qð dcm̃ eſt. nõ eſt ſemꝑ obſeruãduꝫ. puta in caſu in quo aliqs põt liberari a latronib⁹. Et põt eẽ dubitatio qd hoꝝ triuꝫ ſit potius faciẽduꝫ. Quoꝝ ꝓᵐ eſt. vtꝝ. ſ. hõ debeat liberare de manu latronũ eũ q qñq₃ ipꝫ ſoluit a vinculis: qcũq₃ ille ſit. Scðꝫ eſt ſi bñfactoꝛ nõ ſit capt⁹ ⁊ petat ſibi in aliq alio ſatiſfieri. an ſit ei retribuẽdũ. Tertiũ ẽ vtꝝ hõ dẽat liberare pr̃eꝫ a latrõib⁹: ⁊ ƀ 3ᵐ eſt pre oĩb⁹ magis eligẽdũ. Uideť.n. ꝙ hõ debeat magis liberare pr̃eꝫ ẽt q̃₃ ſeipm̃. ¶ Tertio ibi.

¶ Qð igiť dcm̃ eſt vl̃r qdẽ debitũ reddẽdũ. Si aũt ſuperexcedat datio bono vl̃ neceſſario. adhuc declinandũ. Qñq₃.n. neq₃ eſt equale ꝑcrũtiã retribuere cũ ħ qdẽ ſtudioſum ſciẽs bñfaciat. huic ãt redditio fiat quẽ exiſtimat malũ eẽ. Neq₃.n. accõmodanti qñq₃ reaccõmodandũ. exiſtimans qdẽ.n. lucrari accommodauit epycħi erũti. Hic aũt nõ ſperat lucrari a malo. ſiue igiť veritate ſic hꝫ nõ eq̃lis dignitas: ſiue hꝫ qdẽ: nõ ſic ãt exiſtimans: nõ vtiq₃ videbiť inconuenientia facere.

Le. are. ¶ Ut igiť dcm̃ eſt vl̃r debitum eſt reddẽdum. Qð ſi datio ſuperexcedat honeſtate vel nečitate ad illa declinãdum eſt. Interdũ.n. nõ eſt equuꝫ bñficiũ retribuẽ. Ut ſi qs ſtudioſo ſciens bñfecerit: ipſe aũt cui remuneratio ſit facienda malus exiſtimať ab eo q accepit. Neq₃ mutuãti iterdũ ꝟſa vice mutuãdũ eſt. Nã ille qdẽ certa ſpe ductus ſe ſuũ cuꝫ velit ꝯſecutuꝝ: mutuauit bono viro. Hic ãt nõ ſpat a malo ꝯſeq poſſe. Siue igiť re vera ſic eſt: nõ par: eſt exiſtimatio: ſiue nõ eſt ita: ſꝫ putat idigne facere non videbitur.

Argir. ¶ Debitum igiť vt diximus ſimpl̃r eſt reddẽdũ. Si ꝟo datio honeſtate aut nečitate excedat: ad hec ipſa eſt declinãdum. Interdũ.n. neq₃ eſt equũ bñficium retribuẽ: cum alter qdem in ſtudioſum ſciens ſtudioſum eẽ ꝯtulit bñficiũ: alter autẽ illum flagitioſum eẽ exiſtimat. Nõnunq̃₃ enim nec ei qui mutuauit viciſſim eſt mutuãdum. Nã ille qdeꝫ putans ſe recepturꝝ bono mutuauit viro. Hic aũt non ſperat a prauo recipe. Siue igiť re vera hoc ſic ſe habeat: non equalis eſt dignitas: ſiue non ita qdẽ ſic ſe habeat: putent autem ſic ſe habere: non videbunť abſurde facere.

S. Tho.

Aliqñ donatio gratuita ꝑponẽda eſt retributio. Nota. ¶ Oñdit q̃lr ſit obſeruãdũ qð ꝑus dcm̃ eſt. Et ꝓ oñdit ꝑpoſitũ. 2° īfert qðdã correlariũ ex dictis. ibi (Qð qdẽ. ḡ ⁊c̃.) ¶ Dicit ḡ ꝓ. ꝙ illud qð dcm̃ eſt. ſ. ꝙ debitũ ſit reddẽdum magis q̃₃ grat̃ dãdũ eſt vl̃r obſeruãdũ. Sꝫ ſi gratuita donatio excedat in bono ṽtutis. puta ſi ſit alicui multũ ṽtuoſo miniſtrãdũ: vel ſi excedat in nečitate. puta cũ alicui imineat liberare patrẽ dꝫ magis ad ƀ declinare. Qñq₃.n. ꝯtingit ꝙ nõ põt equarari ƀ ꝙ aliqs retribuit bñficiũ ꝑter ſitibus alicui gratuite dationi. puta cũ ex vna pte aliqs bñficiũ ꝯfert ei que ſcit eẽ ṽtuoſum. ⁊ ex alia pte ſit retributio ei quẽ exiſtimat malũ eẽ: nec eſt mirũ. ſi bñfactori qñq₃ nõ eſt reddẽdũ: qꝛ neq₃ ẽt accõmodãti qñq₃ dꝫ hõ reaccõmodare. ꝯtingit.n. qñq₃ ꝙ aliqs malus accõmodet alicui virtuoſo eſtimãs ſe acqrẽ aliqð lucrũ ex eo. Uirtuoſus aũt nõ ſperat lucrũ ſi mutuet malo. Si ḡ ſm̃ ꝟitatẽ: ita ſe hꝫ ꝙ ille ſit malus. manifeſtũ eſt ꝙ nõ eſt eq̃lis dignitas ꝙ retribuať ei ⁊ ꝙ deť bono. Si ãt nõ ita ſe hꝫ ꝙ bñfactor ſit malus: ſꝫ ita eſtimat ille q recepit bñficiũ: nõ videť eſſe incõueniens facẽ: ſi magis det gratis ſtudioſo. ¶ Deinde cũ dic̃.

¶ Qð qdẽ multotiens dictũ eſt circa paſſiones ⁊ actiones rationes. ſimiliter habent determinatum his circa que ſunt.

Le. are. ¶ Ut igiť ſepius iã dixim⁹: ſermones q circa affect⁹ ⁊ actus verſanť determinationẽ hñt ſimilẽ iis reb⁹ de qbus ſunt.

Argir. ¶ Qð igiť ſepe eſt dcm̃: ſermones qui de affectib⁹ actibuſue ſiunt: ꝑinde hñt definitionẽ vt ea circa que ſunt.

S. Tho.

Correlarium. ¶ Infert qðdã corrᵐ ex dcis. Pꝫ.n. ex his que nũc dcã ſunt: veꝝ eẽ illud qð multotiẽs dcm̃ eſt. ſ. ꝙ rõnes que ſũt circa actiones ⁊ paſſiões hũanas nõ pñt hr̃e aliqd determinatuꝫ ſm̃ certitudinẽ. ſicut nec ea circa q̃ ſunt. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Qm̃ qdẽ igiť nõ eadem oĩnib⁹ reddẽdũ

neqꝫ patri omnia:quēadmoduꝫ neqꝫ ioui ſacrificant:non imanifeſtū. Quia aūt altera parentib⁹ ꝛ fratribus ꝛ amicis ꝛ benefactorib⁹ ſingulis ꝓpria ꝛ ꝯgruentia attribuēdū. Sic aūt ꝛ facere vident. Ad nuptias.qdē.n. vocant cognatos.his.n.cōe gen⁹.ꝛ q̄ circa h vtiqꝫ actionē. Et in kedea aūt maxime exiſtimant cognatos obuiare ꝓpter idem.

Le. are. ❧ Quod igit non eadem oib⁹ ſint tribuēda:neqꝫ patri oīa quēadmoduꝫ nec ioui ſacra dant oīa manifeſtū eſt. Cum ꝟo alia parētib⁹ ꝛ fratrib⁹ ꝛ amicis ꝛ hīs qui bñficī in nos fuere:ſingulis vꝫ ꝓpria ꝛ ꝯuenientia tribuēda ſint:ſic ꝛ facē vident. Nā ad nuptias qdē vocāt cognatos. His.n.cōe eſt gen⁹. Itaqꝫ ꝛ act⁹ q circa gen⁹ ꝟſant. In funerib⁹ q̄ꝫ maxime oīum putāt cognatos adeſſe oporē ꝓpter h idem.

Argir. ❧ Non eadē igit vniuerſis eſſe reddēda:neqꝫ patri cuncta quēadmodū neqꝫ Ioui ſacra oīa dant:nō ē obſcuꝝ. Qñ a diuerſa tribuēda ſūt parētib⁹ ꝛ fratrib⁹ ꝛ ſodalib⁹ ꝛ bñficis tribuēda ſūt ſingulis ſua queqꝫ ad queqꝫ accōmodat. Sic āt ꝛ facē vſr. Nā ad nuptias vocāt cognatos. Genus eñ his eſt cōe. Quare ꝛ act⁹ q circa h ſunt. Et ad ſpōſalia etiā maxime cognatos ꝓpter idem putant accedē oporē.

S.Tho.

Signum aliud ad idē. Inducit aliud ſignum qđ ſumit̃ ex īpedimento qđ affert opōnib⁹ per extraneas opōnes. Et p̄ ex h̄ oſtēdit dr̄iam dele ctationū. Scđo cōparat ex̄neas delectationes ꝓpriis triſti tiis. ibi. (Fere. n. aliene.) Dicit g̃ p̄. q̄ id qđ dictum eſt de dr̄ia delectationū ſm opōnes magis appꝫ ex eo q̄ opa tiones impediunt̃ ꝑ delectationes ab aliis opib⁹ factas. Jō aūt per h̄ magis manifeſtat̃ ꝓpoſitū. Quia h̄ q̄ delecta tiones augēt operationes poſſet attribui cōi rōni delectatio nis. nō aūt ꝓpe ſm quā differūt delectationes adinuicē. Sed manifeſte appꝫ q̄ delectationes ſpecie differūt. duꝫ (Opōnes extraneis delectatiōi bus impe diuntur. Exempla.) inuenit̃ q̄ ꝓpria delectatio auget opōnes ⁊ ex̄nea īpedit. Videm⁹. n. q̄ illi q ſunt amatores ſonit⁹ fiſtulax non pñt attēdē ſermonib⁹ qui eis dicunt̃. qñ audiūt aliquē fiſtulā tē: ex eo q̄ magis gaudent in opōne fiſtulatiue artis q̄ in pñti opōne. ſ. in auditiōe ſermonū ſibi dictoꝝ. Et ſic pꝫ q̄ delectatio que fit ſm opōnē fiſtulatiue artis corrūpit opa tiones ſm ſmonē. Et ita videm⁹ accidē in aliis cū occurrit alicui q̄ ſit circa aliq̄ duo opet̃. Manifeſtū eſt. n. q̄ dele ctabilior opatio excludit aliā intm̄ q̄ ſi ſit magna dr̄ia in exceſſu delectationis. hō totalr̄ omittit opari ſm opōnem min⁹ ſibi delectabilem. Et ide eſt q̄ qñ vehemēter delecta (Opō dele ctabilior excludit alia. Exempla.) mur in aliq̄ quocunqꝫ nihil aliud poſſum⁹ opari. Sed qñ aliq̄ placēt nobis gete. i. remiſſe vel pax: poſſum⁹ et q̄dam alia facē. ſic pꝫ de his q in theatris. i. in ſpectaculis ludoꝝ delectant̃. Quia q pax ibi delectant̃ in his que vidēt pñt intēdē comeſtioni leguminū: que nō eſt multū delectabi lis. Et h̄ maxime faciūt hoies qui īſpiciūt aliqs nō bñ pu gnātes in agone. ita q̄ īſpectatio talis pugne nō ſit ei dele ctabilis. Quia g̃ ꝓpa delectatio ↄfirmat opōnes ex qbus ↄſequit̃. vt. ſ. hō vehemētius eis intēdat ⁊ facit eas diutur niores. vt. ſ. hō magis ī eis pſeueret ⁊ facit eas meliores. i. pfectius finē attingētes. ⁊ cū h̄ delectationes aliene. i. que ↄſequunt̃ q̄ſdā alias opōnes officiunt. i. nocēt manifeſte: ↄſequit̃ q̄ delectatiōes multū differūt adinuicē: qꝛ q̄ vna delectatio iuuat alia impedit. Deinde cum dicit.

Fere. n. aliene delectationes. faciūt qđ ꝓ prie triſtitie. Corrūpūt. n. operationes ꝓprie triſtitie. Puta ſi huic ſcribere idelectabile ⁊ triſte ⁊ rōnari. hic qdē non ſcribit hic aūt nō rōcinatur. triſti exiſtēte operatione. Accidit itaqꝫ circa opationes ↄtrariū a delectationi bus ⁊ triſtitiis ꝓpriis. Propria aūt ſūt q̄ i operatione ſm ſeipſū ſiūt. Aliene āt opera tiones dicte ſūt qm̄ proximum qđ triſtitie fa ciunt. Corrumpunt enim: tñ nō ſimiliter.

Le. arē. Fere. n. aliene voluptates faciunt pinde ac ꝓpe moleſtie. Naꝫ corrūpunt opationes ꝓpe moleſtie. Veluti ſicut ſcri bere aut cōputare graue eſt atqꝫ moleſtū. Hic nō ſcribit il le nō cōputat: qꝛ id agē moleſtū eſt. Euenit igit̃ circa ope rationes ↄtrarium a ꝓpriis voluptatibus atqꝫ moleſtiis. Sunt. n. ꝓprie: que in opatione ꝑ ſe fiunt. Aliene autē vo luptates diximus: quod pinde ꝓpe agunt: atqꝫ moleſtie. Corrumpunt. n. lꝫ non ſimiliter.

Argu. Aliene nāqꝫ voluptates id fere qđ ꝓpriī dolores efficiūt. Eſt. n. ꝓpriī dolores opationes ipſas corrūpūt. Ut ſi huic ſcribē: illi ratione ſubducē intucūdū eſt atqꝫ moleſtuꝫ. hic nō ſcribit: ille rōne nō ſubducit: quippe dolorē cuꝫ afferat opatio. Circa igit̃ opationes ↄtrariuꝫ a propriis volupta tibus accidit ⁊ dolorib⁹. Atqꝫ voluptates doloreſue ꝓpriī ſunt qui in opatione per ſeipſam fiunt. Alienas ꝟo volu ptates ſile qđ ei facere diximus qđ ipſi dolores efficiunt. Corrūpunt enim ⁊ ſi non ſimilr̄ operationes.

S. Tho.

Cōparat alienas delectationes triſtitiis ꝓpriis: vt ex hoc magis appeat delectationū dr̄ia. Et dicit q̄ fere eidē eſſe (Opo dīs p ppriā tri ſtitiam cor rumpitur.) cui hꝫ circa aliquaꝫ opōnē delectatio aliena. ſ. quē cauſat ex aliq̄ alia opōne: ⁊ triſtitia ꝓpria: ſm quā. ſ. aliqs triſtat̃ de ipſa opōne. Manifeſtū eſt. n. q̄ triſtitia q̄ eſt de aliqua (Exempla.) opōne corrūpit ipſam. Sicut ſi alicui ſcribē vel rōcinari ſit nō delectabile vel magis triſte. neqꝫ ſcribet neqꝫ rōcinabit̃ pp triſtitiā ſibi aduenientē ex tali opōne. Sic g̃ circa opō nes ↄtrarium effectū hñt delectatiōes ꝓpe ⁊ triſtitie ꝓpe. q̄. ſ. ex ipſis opōnibus cauſant̃. Aliene aūt ſūt que cauſant̃ ex aliis opōnib⁹. Et dcm̄ eſt q̄ ex̄nee delectationes faciūt ali qđ ꝓpinquū triſtitie ꝓpe. Ex vtraqꝫ. n. pte corrūpit̃ opa (Triſtitia p pria magis corrumpit opōnes q̄ delectatio aliena.) tio. Nō tñ ſilr̄. Sꝫ magis ꝑ triſtitiā ꝓpriā que directe ⁊ ſm ſe delectationi ↄriat̃. Aliena ꝟo delectatio ↄriat̃ ſm aliḋ. ſcꝫ ſm opationem. Lectio. viij.

Aſſerētibus aūt opationibus epyi chia ⁊ prauitate ⁊ his qdē eligibi libus exiſtētib⁹. his aūt fugiēdis. his aūt neutris: ſiles habent ⁊ de lectationes. Scđm. n. vnamquāqꝫ opationē ꝓpria delectatio ē. Que qdē igit̃ ſtudioſe ꝓ pria epyiches. Que aūt praue praua.

Le. arē. Cūqꝫ differant opōnes ꝓbitate ⁊ iꝓbitate: ⁊ alie expe tēde ſint: alie fugiēde: alie neutre eodē mō ſeſe volupta tes hñt. In vnaqꝫ. n. opōne ꝓpa eſt voluptas. Que igit̃ ſtudioſe ꝓpa eſt: ⁊ ꝓba eſt. Que ꝟo praue ea improba.

Argu. Cum autē opōnes ꝓbitate differant atqꝫ improbitate: ⁊ alie quidē ſint expetēde: alie ꝟo fugiende: ⁊ alie neutre: ſi militer ſeſe hñt ⁊ voluptates. Nam vniuſcuiuſqꝫ opationi eſt propria q̄dam voluptas. Que igit̃ ſtudioſe propria eſt ea ⁊ proba. Que ꝟo praue ea eſt improba.

S. Tho.

Poſtq̄ ꝑħs oſtēdit q̄ delectationes ſm dr̄iam opationū differūt ſpē. hic oſtēdit q̄ ſm opationū dr̄iam differūt in bo nitate ⁊ malitia. Et p̄ quātum ad bonitatē moralē. Scđo q̄tum ad bonitatē nālē que attēdit̃ ſm puritatē ⁊ īpuri tatē. ibi. (Dn̄t aūt ⁊c̄.) Circa p̄ᵐ duo facit. Pmo ꝓpo (Qz delecta tiones iudi cant̃ bone vl̄ male ex opōnibus quas conſe quuntur.) nit qđ itēdit. Scđo ꝓbat ꝓpoſitū. ibi. (Etenim ↄcupiſcen tiam ⁊c̄.) Dicit g̃ p̄. q̄ cū opōnes dr̄ant ſm epyichiam ⁊ prauitatē. i. ſm v̄tutē ⁊ malitiā. ita. ſ. q̄ q̄daꝫ opōnes ſunt eligibiles: ſic̄ opōnes v̄tuoſe. quedā aūt fugiēde: ſic̄ opatio nes vitioſe. q̄dā aūt ſm ſuaꝫ ſpēm neutro mō ſe hñt. ſꝫ pñt ad vtrūqꝫ trahi. ita ēt ſe hꝫ ⁊ circa delectationes. Quia cū vniuſcuiuſqꝫ opōni ſit aliq̄ delectatio ꝓpria: vt. ō. habitū eſt. delectatio que eſt ꝓpa v̄tuoſe opōni eſt v̄tuoſa. Et illa que eſt ꝓpa praue opationi eſt mala. Deinde cum dicit.

Etenim ↄcupiſcentie bonoruꝫ laudabiles turpium āt vituperabiles. Magis autē ꝓprie opationibus q̄ in ipſis delectationes concupiſcentiis. he quidem enim diſcrete ſūt temporibus ⁊ natura. He autē propin que opationibus ⁊ idiſcrete ſic vt ⁊ habeat

dubitationem.ſi idem eſt opatio delectatio-ni. Nō tamen videt̄ quidē delectatio mens eē neq̄ ſenſus. Incōueniens enī. Sed ppt nō ſeparari videtur idē q̄buſdā. Quēadmodū igitur opationes alie ꝛ delectationes.

Le. are. ¶ Nā ꝛ cupiditates honeſtaꝝ reꝝ laudabiles ſunt: turpiū aūt vituperabiles. Magis aūt ſūt ꝓpe opōnib⁹ voluptates que illis iſunt: q̄ cupiditates. He nāq̄ diſtīcte ſunt tpib⁹ ꝛ nā. Ille vero ꝓpinque opōnib⁹ ꝛ idiſtincte. Ita vt ambiguū ſit: vtꝝ idē ſit opatio ꝛ voluptas. Nō tn̄ vī voluptas mēs eē: neq̄ ſenſus. Abſurdū.n. Sȝ q2 nō ſepat̄: videt̄ q̄buſdā idē. Ut igit̄ opationes ſunt alie: ſic ꝛ voluptates.

Argir. ¶ Etenim ꝛ cupiditates honeſtoꝝ q̄dē laudabiles: turpiū vero vituperabiles. Magis aūt ꝓpe ſunt opōnib⁹ voluptates que ſunt in ipſis q̄ ipe cupiditates. Nam he q̄dē ſeiuncte ſunt ꝛ tpib⁹ ꝛ nā. Ille vero ꝓpinque ſunt opationib⁹. Atq̄ adeo idiſtincte vt ↄtētio ſit ſi idē ſit operatio ꝛ voluptas. Non tn̄ ipa voluptas mentis eē videt̄ opatio neq̄ ſenſus. Eſt.n. abſurdū. Sed q2 nō ſeparat̄: idē q̄buſdaȝ videt̄. Ut igitur opationes ſunt diuerſe: ſic ꝛ voluptates.

S. Tho.

Rō ad ꝓpoſitum. Cōcupiāꝝ alie laudabiles al' e vituperabiles. ¶ Probat ꝓpoſitū rōne ſumpta ex pte ↄcupiſcētiaꝝ. Uidem⁹.n. q̄ ↄcupiſcētie q̄b⁹ aliq̄ bona .i. honeſta ↄcupiſcūtur ſunt laudabiles. puta ſi aliq̄s ↄcupiſcat iuſte aut fortiter agere. Cōcupiſcētie aūt rerū turpiū ſunt vituperabiles. puta ſi aliq̄s ↄcupiſcat furari aut mechari. Manifeſtū eſt aūt q̄ magis ſunt ꝓpinque ꝛ ꝓpe opōnib⁹ delectationes: q̄b⁹ in ipſis opōnib⁹ delectamur q̄ ↄcupiſcētie q̄b⁹ eas ↄcupiſcim⁹. Cōcupiſcētie.n. diſtinguunt̄ ab opōnib⁹ tpe. Ante.n. ↄcupiſcim⁹ aliq̄d opari q̄ illud opemur. Diſtinguūtur ēt ſm nām: q2 opatio eſt actus pfecti. ↄcupiſcentia aūt impfecti: ꝛ nō dū hñtis. Sed delectationes ſunt ꝓpinque opationib⁹. q2 vtrūq̄ eſt alicuius pfecti. Sunt ēt ꝛ idiſcrete ſm tp̄s. q2 ſi nōdum aliq̄s opat̄ in tali opatione nō delectat̄ eo q̄ delectatio eſt rei pñtis. ſicut ↄcupiſcētia rei future: ꝛ in tm̄ delectatio ꝓpinqua eſt opationi. q̄ videt̄ eſſe dubitabile. vtꝝ opatio ſit idem delectationi. Nec tn̄ verū eſt q̄ ſit ita. Nō.n. pōt eē delectatio niſi in opatiōe ſenſus vel intellc̄s. Ea.n. que cognitione carēt: delectari non pñt. Nec tn̄ eſt idē qđ opatio itellectus. neq̄ idē qđ opatio ſenſus. Naȝ delectatio magis ad appetitiuā partē ꝑtinet. Eſt aūt incōueniēs ſi delectatio aliq̄b⁹ videat̄ eſſe idē opationi: ppt h̄ q̄ ab opatione tpe nō ſeparat̄. Sic g̃ pȝ q̄ ſicut opationes ſunt altere ſm v̄tutē ꝛ malitiaȝ. ita ēt ꝛ delectationes. Ex quo pȝ incōuenientēr enunciaſſe quoſdā de delectationibus: q̄ ſint bone ꝛ male. ¶ Deinde cum dicit.

Concupiſcētie diſtiguunt̄ ab opōnib⁹ tēpore ꝛ natura.

Delectatio ꝑtinet ad ptē appetitiuam.

¶ Differt aūt viſus a tactu puritate ꝛ audit⁹ ꝛ olfatus a guſtu. Silr̄ vtiq̄ ꝛ delectationes ab his q̄ circa mentem ꝛ vtiq̄ abinuicem.

Le. are. ¶ Differt aūt viſus a tactu puritate: ꝛ auditus ꝛ odoratus a guſtu. Eodeȝ modo differunt ꝛ voluptates: ꝛ ab hīs que ſunt circa intellectum ꝛ vtreq̄ abinuicem.

Argir. ¶ Differt aūt viſus a tactu puritate: ꝛ auditus ac odorat⁹ a guſtu. Silr̄ igit̄ ꝛ voluptates differūt: ꝛ ab his iteȝ ee que ſunt mētis. Et he rurſus dr̄iam inter ſeſe ſuſcipiunt.

S. Tho.

Cōpatio delectationū ꝛ opōnum ſcd̄m puritatē ꝛ impuritatem. ¶ Oñdit dr̄iam delectationū ſm puritatē ꝛ ipuritatē. Manifeſtū eſt.n. q̄ opationes ſenſuum ſm puritatē dñt. Purior eſt.n. opatio viſus q̄ tact⁹: ꝛ ſilr̄ opatio audit⁹ ꝛ olfatus q̄ opatio guſtus. Dr̄ aūt aliqua opatio purior que eſt imālior. Et ſm h̄ inter oēs ſenſitiuas opationes puriſſima eſt opatio viſus: q2 eſt imālior veluti minus hñs admixti de diſpoſitionib⁹ māe: ꝛ ex parte obiecti qđ ſit ſenſibile in actu per lumen qđ deriuat̄ a corpe celeſti: ꝛ ex parte mediȷ qđ ſola ſpūali trāſmutatione imutant̄. Et ꝓpt eaſdeȝ cāis opatio tact⁹ eſt maxime mālis: q2 eius obiecta ſunt ↄditiones māe paſſibilis. ꝛ mediū nō eſt extrinſecum ſȝ ↄiunctū. Et eadē dr̄ia puritatis attēditur īter delectationes ſenſuū adinuicē. Sunt etiam opationes ꝛ delectationes itellect⁹ puriores operationibus ꝛ delectationibus ſenſitiuis: vtpote magis imateriales. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uidetur autē eſſe vniuſcuiuſq̄ delectatio ꝓpria quemadmodum ꝛ opus. Que.n. ſȝ operationē ꝛ in vnoquoq̄ autem ſpeculanti hoc vtiq̄ apparebit. Altera enī equi delectatio ꝛ canis ꝛ hominis: quēadmodū Heraclitus ait. Aſinū fenum vtiq̄ eligere magis q̄ aurū. Delectabilius enī nutrimentuȝ auro aſinis. Que q̄dem igit̄ diuerſorum ſpecie differunt ſpecie. Eas aūt que eorundem indifferentes rationabile eſſe.

¶ Uidetur aūt eē cuiq̄ aīali ꝓpa voluptas: quēadmodū ꝛ opus. Et in vnūq̄d q̄ īruētī id appet. Alia eſt.n. voluptas equi: alia canis: alia hoīs vt inq̄t Heraclit⁹. Aſinos magis ſtramina optare q̄ aurū. Nā pabulū illis eſt dulcius auro. Que igit̄ ſunt alioꝝ ſpecie: differūt ſpecie. Que vero ſūt eorūdem indifferētes eē rationabile eſt. Le. are.

¶ Uidet̄ aūt vnicuiq̄ aīaliū ꝛ ꝓpa quedā eē voluptas ſic̄ ꝛ op⁹. Eſt.n. ea que comitat̄ opationē. In ſingula ēt intuēti id ita eſſe patebit. Alia nāq̄ voluptas eſt equi: alia canis: alia hoīs: quēadmodū ꝛ Heraclit⁹ dicit: aſinū ſtramīa magis optare q̄ aurū. Aſinis.n. pabulū auro iocūdi⁹ eſt. Uoluptates igit̄ ee que ſunt diuerſoꝝ ſpecie dīnt ſpē. Eas vero que ſunt eorūdē ↄſentaneum rationi diuerſas non eſſe. Argir.

S. Tho.

¶ Oñdit que ſit dr̄ia delectationū ex pte obiecti. Et p̊ q̄tū ad aīalia diuerſaꝝ ſpēꝝ. Scđo q̄tum ad hoīes que ſunt vni⁹ ſpēi.ibi.(Dīnt aūt ꝛc̄.) ¶ Dicit g̃ p̊. q̄ cū delectatio ↄſequat̄ opōnē: videt̄ q̄ vnicuiq̄ rei ſit ꝓpa delectatio: ſicut ꝛ ꝓpria opatio. Q̄ aūt ſit ꝓpria opatio vniuſcuiuſq̄ rei appet ex hoc q̄ opationes ſequunt̄ formas reꝝ: ſm q̄s res ſpē differūt. Q̄ aūt ſingulōꝝ ſit ꝓpa delectatio apparet ſi q̄s velit in vnoq̄ȝ ↄſiderare. Manifeſtū eſt.n. q̄ alia eſt delectatio equi: ꝛ alia canis: ꝛ alia hoīs. ſic̄ Heraclit⁹ dicit. q̄ aſin⁹ magis eligit fenū q̄ aurū. Quia delectabilius eſt ſibi nutrimētū qđ exhibet̄ ei p fenū q̄ aurum. Sic igit̄ pȝ q̄ eoꝝ que differūt ſpē ſunt delectatiōes ſpē differētes. Sed eoꝝ que nō differūt ſpē rōnabile eſt q̄ ſit indifferens delectatio ſcd̄m naturam ſpēi. ¶ Deinde cum dicit. Unicuiq̄ ē ꝓpa delectatio ſicut et opatio. Heraclit⁹. Spē diuerſoꝝ ſūt delectationes ſpē differētes.

¶ Differūt aūt nō parū in hoīb⁹. Eadē q̄dē enī hos delectant: hos āt cōtriſtant. Ex his q̄dē triſtia ꝛ odibili ſunt. his āt delectabilia ꝛ amicabilia. Et ī dulcib⁹ aūt h̄ accidit. Nō.n. eadem videnſ ꝛ febricitanti ꝛ ſano. neq̄ calidū eſſe debili ꝛ bene habenti. Silr̄ autem ꝛ in alteris hoc accidit.

¶ Uariant aūt nō paꝝ in hoībus. Eadē.n. alios offendūt: alios delectant: ꝛ aliȷs moleſta ꝛ odibilia ſunt: ꝛ aliȷs iocūda ꝛ amabilia. id quoq̄ in dulcibus contingit. Non.n. eadem febricitanti videntur ꝛ ſano. Neq̄ calidum eē imbecilli ꝛ valenti. Simuliter in aliȷs id contingit. Le. are.

¶ In hoībus aūt mediocriter diſcrepāt. Eadē.n. alios dolere afficiunt: alios delectāt: ꝛ aliȷs q̄dē moleſta ſunt odioq̄ habent̄: aliȷs vero iocunda ac amabilia. Hoc ꝛ in dulcibus Argir.

accidit. Nō enim eadē dulcia febricitanti atq; ſano viden tur: neq; calidum idē infirmo: atq; optimam habitudinē habenti videtur. Similiter ⁊ in alijs accidit.

S. Tho.

ℭ Oſtēdit dīām delectationū in hoīb⁹. Et p̄ oſtēdit q̄ hoīuʒ ſunt diuerſe delectationes. Scđo oſtēdit q̄ in ṽtuoſo ſit ve rior delectatio. ibi. (Videt aūt ⁊c̄.) Tertio oſtēdit que ſit po tior delectatio īter delectationes ṽtuoſi. ibi. (Et at aūt ⁊c̄.)

Nō eedem ſūt delecta tiões oīuʒ hoīum. Nō diſſe ter hoīes ⁊ cetera aīalia q̄tū ad delecta tiones.

ℭ Dicit ḡ p̄. q̄ quātū rōnabile videat̄ q̄ indifferētium ſpē ſit indifferēs delectatio. ⁊ ita ſit in alijs aīalib⁹. tñ in ho minib⁹ qui oēs ſūt eiuſdē ſpēi multū dānt delectationes ſicut ⁊ opōnes. Cuius rō eſt. q̄ʒ operationes ⁊ delectatiōes alioꝝ aīalium ꝯſequunt̄ nālē inclinationē que eſt eadē in oībus aīalib⁹ eiuſdē ſpēi. Sed opationes ⁊ delectationes hoīum ꝓueniunt a rōne que non determinat̄ ad vnū. Et inde eſt q̄ quedā quoſdaʒ hoīes delectant ⁊ quoſdā ꝯtriſtant. Et qbuſdā ſunt triſtabilia ⁊ odibilia. qbuſdā aūt ⁊ delectabi lia ⁊ amicabilia. Que qdē ſic ꝯſequunt̄. q̄ʒ vnuſqſq; dele ctat̄ in eo qđ amat. Et accidit hoc. q̄ʒ qdā ſunt melius vel peius diſpoſiti ſm rōnē. Et idē accidit circa guſtū dulciū: q̄ʒ nō vident̄ eadē dulcia febricitāti: qui hʒ guſtuʒ infectū: ⁊ ſano qui hʒ guſtū bñ diſpoſitum. q̄ʒ nō videt̄ idē eē cali dum ei qui hʒ debilem tactum: ⁊ ei qui bñ ſe habet. Et ita etiam eſt in alijs. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Videt̄ aūt ⁊ in oīb⁹ talib⁹ eē qđ videt̄ ſtu dioſo. Si aūt hʒ bñ dicit̄ queadmodū videt̄ ⁊ vniuſcuiuſq; menſura virt⁹ ⁊ bon⁹ ſm q̄ talis ⁊ delectatiōes erūt vtiq; q̄ huic videt̄: ⁊ delectabilia qb⁹ iſte gaudet. Que aūt huic triſtia: ſi huic apparēt delectabilia nihil ad mirabile. Multe. n. corruptiōes ⁊ nocumē ta hoīuʒ ſūt. Delectabilia aūt non ſunt: ſʒ his ⁊ ſic diſpoſitis. Cōfeſſas qdē igr̄ turpes māifeſtū q̄ ñ delectatōes eē p̄ter q̄ʒ cōruptꝫ.

Le. are. ℭ Videt̄ aūt in cunctis talib⁹ id eē: qđ videt ſtudioſo. Q̄ŏ ſi hoc recte dī queadmoduʒ appet ⁊ eſt: ⁊ ſingulop̄ mēſu ra virtus eſt. Et bonus vir ſm q̄ talis eſt. Et voluptates vtiq; erūt: que huic videtur: ⁊ iocūda illa: qb⁹ iſte gaudet. Que ṽo huic moleſta ſunt ſicui iocunda videtur: nō eſt mirādum. Multe. n. corruptele ⁊ deprauationes in hoīb⁹ ſiunt. Iocūda ṽo nō ſunt: niſi his ⁊ illis q ſic diſpoſiti ſūt. Igit̄ quas oēs fatent̄ eē turpes manifeſtū eſt: nō eē dicen dum eas eē voluptates: niſi illis qui corrupti ſunt.

Argu. ℭ In oīb⁹ aūt talibus id eē tale cōſtat qđ ſtudioſo videtur. Quod ſi hʒ recte dī: queadmodū ⁊ appet ⁊ eſt atq; ṽtus ⁊ bonus hʒ ipſo quo talis eſt oīum eſt meſura: erunt ⁊ volu ptates ꝑfecto que huic videnī ⁊ iocunda qb⁹ gaudet ipſe. Atq; nō mirū eſt ſi ea que huic moleſta ſunt: alicui videā tur eē iocunda. Multe nāq; corruptele deprauationeſq; hoīum ſiunt: iocunda aūt nō ſunt: ſed his ⁊ ita diſpoſitis. Eas igit̄ que ſunt ſine ꝯtrouerſia turpes conſtat nō eē di cēdum voluptates eſſe niſi corruptis.

S. Tho.

Q̄ delecta tio ṽtuoſo rum potior ſit iter dele ctatōes hu manas.

ℭ Oſtēdit q̄ delectatio ṽtuoſoꝝ ſit potior īter delectationes hūanas. Et dicit q̄ in oīb⁹ talib⁹ que ꝑtinēt ad paſſiones ⁊ opōnes hūanas. illud videt̄ eſſe verū qđ appet ſtudioſo q hʒ rectū iudiciuʒ circa talia: ſicut ſanus circa dulcia. Et ſi hʒ bñ dī: ſicut videt̄: ita q̄ ṽtus ſit mēſura ſm quā iudicet̄ de oīb⁹ reb⁹ humanis. ⁊ bon⁹ inq̄ʒ tum eſt ṽtuoſus. ſeqtur q̄ il le ſint vere delectatiōes que videnī ṽtuoſo: ⁊ illa ſunt vera

De virtuo ſo.

delectabilia qb⁹ ṽtuoſus gaudet. Si aūt aliqua de qb⁹ tri ſtat̄ ṽtuoſus appareāt alijs delectabilia: nō eſt admirādū. Hoc. n. accidit ꝓpter multas corruptiones ⁊ multiplicia hoīum nocumēta: et qbus ꝑuertit̄ ratio ⁊ appetit⁹. Et ſic illa que repudiat ṽtuoſus nō ſunt ſimplr̄ delectabilia: ſʒ ſo lum male diſpoſitis. Sic ḡ manifeſtū eſt q̄ delectationes quas oēs ꝯfitent̄ eē turpes: nō dicēde ſunt delectationes niſi hominib⁹ corruptis. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Earū aūt que epyiches eſſe videnī: qualē vel quā dicēdum hoīs eſſe vel ex operatio nib⁹ manifeſtū. His. n. ſequunt̄ delectatiōes. Siue igit̄ vna eſt ſiue plures q̄ ꝑfecti ⁊ bea ti viri has perficientes delectatiōes princi paliter vtiq; dicunt̄ hominis delectatiōes eſſe. Relique autem ſecundo ⁊ multiplici ter quemadmodum operationes.

Le. are. ℭ Earꝫ ṽo que videnī eē ꝓbe: qualē vel quā dicēduʒ eſt eē hoīs vel ex opationib⁹ manifeſtuʒ eſt. Nam illas ſequunt̄ voluptates. Siue igit̄ vna eſt: ſiue plures ꝑfecti ⁊ beati vi ri que has ꝑficiūt voluptates: he ꝑncipalr̄ dicēde ſunt ho minis eſſe voluptates. Relique ṽo ſecundarie ⁊ multifa riam quemadmodum operationes.

Argu. ℭ Earum ṽo que ꝓbe videnī eſſe: qualē aut quem dicēdū eſt hoīs eſſe. An ex opationibus ꝯſtat: has enim ipſe volu ptates ſequunt̄. Siue igitur vna ſit ſiue plures operationes perfecti viri atq; beati: ee voluptates que has ꝑficiunt pro prie dicēde ſunt hoīs voluptates. Cetere ṽo ſecūdo ⁊ per parum queadmodum ⁊ operationes.

S. Tho.

ℭ Oſtēdit q̄ aliq̄ eſt potior inter delectationes ṽtuoſi. Et di cit q̄ ꝯſiderādū eſt īter delectationes ṽtuoſas q̄lis vel que ſit ꝑcipua delectatio hoīs. Et hʒ dicit eē manifeſtū ex opa tionib⁹: ad q̄s ꝯſequunt̄ delectationes: q̄ʒ ſiue ſit vna opa tio ſiue plures que ſunt ꝓpe hoīs ꝑfecti ⁊ bti: manifeſtū eſt q̄ delectationes ꝯſites has opōnes ſunt ꝑncipalr̄ delecta tiones hoīs. Relique ṽo ſecūdario: ⁊ multiplr̄ ſub ꝑncipa lib⁹ delectationib⁹ ſunt: ſicut ⁊ in opationib⁹ accidit.

Que ſit po tiſſima ho minis de lectatio.

Lectio. ix.

Dictis autē his que circa virtutes ⁊ amicitias ⁊ delectatiōes reliquū de felicitate typo trāſire: quia finē ipſaꝫ ponim⁹ humāoꝝ. Reſumē tib⁹ aūt p̄dicta ꝯpēdioſior erit vtiq; ſermo.

Le. are. ℭ Cum aūt de virtutibus ⁊ amicitijs ac voluptate dictum ſit: reſtat: vt de felicitate ſumatim dicamus. Nam illam fi nem poſuimus rerum humanaꝝ. His igitur que ſupra di ximus repetitis: breuior nobis fiet oratio.

Argu. ℭ Dictis aūt ijs q̄ ad ipſas ṽtutes ac amicitias voluptateſq; ꝑtinēt: de felicitate figura dicē reſtat: qppe cū finē huma naꝝ reꝝ ipſam eſſe ponamus. Si igit̄ ea que ꝑus ſunt di cta repetierimus: orationē ſane fecerimus breuiorem.

S. Tho.

ℭ Poſtq̄ʒ phs determinauit de delectatione. hic determinat de felicitate. Et p̄ ꝯtinuat ſe ad precedētia. Scđo exequit̄ ꝓpoſitum ibi. (Diximus autē ⁊c̄.) ℭ Circa p̄m tria facit. Primo narrat ea que ſupra tractata ſunt. Dictum eſt enī ſupra de virtutib⁹ in 2° libro vſq; ad 8m de amicitijs in 8° ⁊ in 9° ⁊ de delectatione in p̄° parte huius. 10. Scđo dicit de quo reſtat dicēdum: q̄ʒ de felicitate: de qua opʒ ꝑtranſire ⁊ breuiter dicē typo. i. figuraliter. ſicut ⁊ de ceteris morali bus ſupra dictum eſt. Ideo autem de felicitate dicendum eſt: q̄ʒ cōmuniter omnes ponunt eam finem omnium hu manoꝝ. Finem autem oportet eē non ignotuʒ. ad hoc q̄ abſq; errore operationes dirigantur ad finē. Tertio deter minat moduʒ tractādi de felicitate. Et dicit q̄ opʒ omnia

Felicitas ē finis oīum humanoꝝ

reſumere ea que ſupra in p̄ dicta ſunt de ipſa. Sic.n. erit breuior ſermo ſi a p̄n° de ipſa tracteť. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Dixim⁹ aūt q̄m dīno nō eſt habit⁹. Etenīz dormiēti p vitā exiſteret vtiq̧ plāte viuenti vitā. Et iſormato marie. Si vtiq̧ hec nō placent: ſʒ magis ī opōnē quādā ponēdū quē/admodū in his que prius dcm̄ eſt.

Le. are. ℭ Diximus nō eē illam habitū. Nā ⁊ dormiēti exiſtē poſ/ſet: ⁊ inſtar plāte vitam degēti ⁊ in calamitatib⁹ maximis ꝯſtituto. Quod ſi iſta non placēt: ſed magis in opationē quandam ponēda eſt: vt ſupra diximus.

Argir. ℭ Diximus itaq̧ felicitatē habitum non eē. Ineſſet.n. dormiēti ⁊ plantaꝝ vita viuēti. Et in calamitatib⁹ maximis conſtituto. Qō ſi hec non placēt: ſed ponēdum eſt potius ipſam opationem eē quandam vt prius eſt dictum.

S. Tho.

ℭ Exequitur ꝓpoſitū. Et p̄ manifeſtat genus felicitatis oſtē dens q̧ nō eſt habit⁹ ſed opatio. Scdō oſndit q̧ eſt opatio ſm ̄ḡtutē. ibi. (Opationum aūt ⁊c̄.) Tertio iueſtigat cui⁹ ̄ḡtutis ſit opatio. ibi. (Si aūt felicitas ⁊c̄.) ℭ Dicit ḡ p̄. q̧

Lec. 10. Le. 5. Q̧ felici/tas nō eſt habitus ſʒ operatio. Quō opō/nes vite in dormiente inueniūť.

ſupra in p̄ dcm̄ eſt q̧ felicitas nō eſt habit⁹. Sequereť.n. duo incōueniētia: quoꝝ vnū eſt q̧ cum habit⁹ remaneant in dormiēte. ſequereť ſi felicitas eēt habitus q̧ ineēt etiaʒ dormiēti p totam vitā ſuā: vel p maximaʒ partē eius. Et h̄ eſt incōueniēs: q: dormiēs nō hʒ pfecte opationes vite ni/ſi eas que ptinēt ad aīam vegetabilē: que inueniť in plantis qb⁹ felicitas attribui nō pōt. Certuʒ eſt.n. q̧ ſenſus ⁊ mot⁹ exteriores ceſſant in dormiēte. Interiores aūt fantaſie ſūt inordinate ⁊ impfecte. Et ſilr ſi qua ſit opatio itellis in dormiēte eſt impfecta. Sole aūt opōnes nutritiue partis pfe/cte ſunt. Aliud aūt incōueniēs eſt: q: in infortunatis ma/nēt habit⁹ ̄ḡtutum. opōnes autē ̄ḡtutum impediunť in eis ꝓpter iſortunia. Si igiť felicitas ſit habit⁹ ſequereť q̧ iſor/

Opīo ſtoi/coꝝ de feli/ci.

tunati eēnt vere felices. Hoc aūt ſtoici pro incōueniēti non hēbāt ponētes exteriora bona nullo mō eē bona hois. Et ideo p infortunia nihil pōt hoī de ſua felicitate diminui. Hoc tn̄ eſt ꝯtra opinionē cōem: que iſortuniuʒ repugnare felicitati exiſtimat. Scdm̄ ḡ illos qb⁹ iſta incōueniētia nō placēt dicēduʒ eſt q̧ felicitas nō ſit habit⁹: ſʒ magis ſit īter opōnes ponēda. ſicut in p̄ dcm̄ eſt. ℭ Deinde cum dicit.

Lec. 10.
Le. are. ℭ Opationū āt he qdē ſūt neceſſarie ⁊ ꝓpter altera eligibiles. He aūt ſm ſeipſas.

Argir. ℭ Operationum ꝟo alie ſunt neceſſarie ⁊ propter aliud ex petēde: alie propter ſeipſas.

ℭ Et operationuʒ alie ſunt neceſſarie ⁊ ob alia. Alie per ſe/ipſas ſunt expetibiles.

S. Tho.

ℭ Oſndit q̧ felicitas ſit opatio ſm ̄ḡtutē. Et circa h̄ tria fa cit. Primo oſndit felicitatē ꝯtineri ſub opationib⁹ que ſunt ſm ſe eligibiles. Scdō diuidit hᵒ opationes in opationes ̄ḡtutis ⁊ opōnes ludi. ibi. (Tales aūt eē ⁊c̄.) Tertio oſndit ſub qbus haꝝ felicitas ꝯtineať. ibi. (Refugium aūt ⁊c̄.)

Opōnum diuiſio.

ℭ Circa p̄ᵐ duo facit. Pri̇o ꝓponit quādam opationū di/uiſionē. Et dicit q̧ opationū quedā ſunt neccīe ad aliud ⁊ eligibiles: pp quedā alia. vtpote nō appetibiles: niſi pp ſi/nē. Quedā ꝟo ſunt eligibiles ſm ſeipſas: q: ⁊ ſi nihil aliō ab eis ꝓueniret: tn̄ in ſeipſis hñt. vñ appetanť. ℭ 2° ibi.

ℭ Manifeſtū quoniā felicitateʒ coꝝ que ſm ſeipſas eligibiliū aliquā ponendū ⁊ nō earū q̄ ꝓpter aliud. Nullo.n. indigēs felicitas: ſʒ p ſe ſufficiens. Scdm̄ ſeipſas aūt ſūt eligibi/les de qbus nihil queriť preter opationē.

ℭ Manifeſtum eſt: qō felicitas ponēda eſt aliq̄ illaꝝ que pp ſe expetunť: ⁊ non eaꝝ que pp aliud. Nullius.n. idiget felicitas: ſed ipa p ſe ſufficiēs eſt. Sunt aūt ꝓpt ſe expeten de ille in qbus nihil vlterius queriť q̄ʒ operatio. Le. are.

ℭ Perſpicuum eſt felicitatē eaꝝ aliquā opationum eē que ſūt p ſe ⁊ nō ob aliud expetēde. Felicitas.n. nullius idiget rei. Sed eſt ex ſeſe ſufficiens. Opationes aūt ee p ſe ſunt ex petibiles a qbus nihil preter opationē queritur. Argir.

S. Tho.

ℭ Oſndit q̧ felicitas ꝯtineať ſub illis opationib⁹ que ſūt eli gibiles ſm ſeipſas. nō aūt ſm illas que ſunt eligibiles ꝓpť aliud. De rōne.n. felicitatis eſt q̧ ſit p ſe ſufficiēs ⁊ non idi geat aliquo alio. vt pʒ ex his que dicta ſunt in p̄. Ille autē opationes dicunť ſm ſe eligibiles ex qb⁹ nihil aliud queri/tur p̄ter ipſam opationē. q. nullo alio indigētes ad hoc q̧ ſint eligibiles. Ille ꝟo que ſunt eligibiles ꝓpter aliud indi gent aliqbus ad hoc q̧ ſint eligibiles. Et ſic pʒ q̧ felicitas eſt operatio ſm ſe eligibilis. ℭ Deinde cum dicit.

Q̧ felici/tas eſt de nūo opō/nuʒ p ſe eli/gibilium. Lec. 9 Que ſint opōnes p ſe eligibi/les ⁊ q̄ pp aliud.

ℭ Tales aūt eē videnť q̄ ſm virtuteʒ actio/nes. Bona eni ⁊ ſtudioſa agere coꝝ q̄ ꝓpť ſeipſa eligibiliū ſe ⁊ ludoꝝ delectabiles. Nō eni pp alťa ipos eligūt. Ledūť.n. ab ipſis ma gis q̄ʒ iuuāť negligētes corpa ⁊ poſſeſſionē.

ℭ Tales aūt eē videnť actiones ſm virtutē. Agere eniʒ ho neſta ⁊ laudabilia ex ījs eſt: que ꝓpter ſeipſa expetunť. Ex ījs eť ſunt ludi qdam iocundi. Non.n. alioꝝ gratia illos ſequunť homines: cum dāna potius q̄ʒ cōmoda ex illis ſu/ſcipiant: ⁊ corpus ⁊ patrimonium negligētes. Le. are.

ℭ Tales ꝟo videntur eē actus ī q: virtute ꝓficiſcunť. Ho neſta naq̧ ſtudioſaq̧ agē ex ījs eſt que per ſe expetunť. Et itē ludoꝝ ī qui ſunt iocundi. Non enim ob alia ipſos ex/petunt. Damna naq̧ potius ex ipſis q̄ʒ cōmoda ſuſcipiūt ⁊ corpus ⁊ patrimonium negligentes. Argir.

S. Tho.

ℭ Subdiuidit opōnes ſm ſe eligibiles. Et dicit q̧ p̄ qdē ta les eē videnť opōnes que ſunt ſm ̄ḡtutē: q: h̄ eſt p ſe eligibi le hoī: q̧ eligat ea q̄ ſunt p ſe bona ⁊ honeſta. Vñ ⁊ hone/ſtū a qbuſdā dī qō ſua vi nos trahit ⁊ ſua dignitate nos al licit. Scdō videnť eē p ſe eligibiles: ēt opōnes delectabiles que ſunt in ludo. Nō.n. videť q̧ hoies tales opōnes ꝓpť aliquā vtilitatē eligant: cū magis p tales opōnes hoies le/danť q̄ʒ iuuētur. Videnť hoies.n. ꝓpter ludos negligē ⁊ corpa que laborib⁹ ⁊ piculis exponunt ⁊ poſſeſſiones ꝓpť expēſas que in ludis ſiunt. ℭ Deinde cum dicit.

Opōnuʒ p ſe eligibi/liū diuiſio. Opōnes ſm ̄ḡtutē. Honeſtus quid. Opatiōes ludicre.

ℭ Refugiūt āt ad tales ꝯuerſationes felicitā/tium mlti. Porpť qō apud tyrānos appro banť ī talib⁹ ꝯuerſatiōib⁹ eutrapeli. Que.n. appetūt in his tribuūt ſeipos delectabiles. Indigēt autē talibus. Videnť qdē igiť feli citantia hec quidem eſſe propter eos qui in potētatibus his vacare.

ℭ Cōfugiunt aūt ad hᵒ delectatiōes pleriq̧ coꝝ q beati cre/dunť. Quapp apud tyrannos in p̄cio hñtur: qui hᵒ oble ctamēta pñt afferre. Que.n. cupiūt: ad ea ſe leto aīo p̄bēt. Indigēt ꝟo his. Videtur ḡ ad felicitateʒ iſta ptinē: qm̄ ī: qui in magna potētia ꝯſtituti ſunt: illis intēdunt. Le. are.

ℭ Cōfugiunt aūt ad talia oblectamēta ⁊ pleriq̧ coꝝ qui beati eē dicunť. Quapropť apud tyrānos in p̄cio habenť ī qui in talibus oblectamētis ſunt dextri. In ījs.n. ſeipſos p̄bēt iocundos que illi affectant. Indigēt aūt talib⁹. Vi/dētur igitur hec ad felicitatē ptinere: ꝓpterea q̧ hiſce va cant homines ī qui ſunt in poteſtatibus conſtituti. Argir.

S. Tho.

Quare videatur felicitas conſiſtere ſub opationibus luſorijs Tyrannus.

℄ Oñdit ſub qb⁹ hõi cõtineat felicitas. Et p̄ oſtẽdit q̃re videat̃ q̃buſdã felicitatẽ eẽ in opõne ludi. Scõo excludit rõnẽ ad h̃ inductã. ibi. (Nullũ aũt ꝛc̃.) 3° determinat ṽitatẽ. ibi. (Etenim incõueniens ꝛc̃.) ℄ Dicit ḡ p̄: q̄ multi eoꝝ qui apõ hoĩes reputant̃ felices ↄfugiũt ad tales ↄuerſatiões: volẽtes. ſ. in ludis ↄuerſari. Et inde eſt q̄ tyrãni approbãt in ↄuerſatione ludi eutrapelos: q. ſ. ſciunt ↄueniẽter ludẽ. Uocat aũt hõ potẽtes tyrãnos: q2 nõ vident̃ cõi vtilitati itẽdere: ſ3 ppꝛe delectationẽ: q in ludis ↄuerſant̃. Jõ aũt tyrãni approbãt eutrapelos: q2 tales luſores exhibẽt ſe tyrãnis delectabiles in his que ipſi tyrãni appetũt. ſ. in delectationib⁹ ludi: ad q̃s idigent talibus hoĩb⁹. Sic ḡ felicitas in talib⁹ ↄſiſtit ꝓpter hoc q̄ hõ vacant illi q ſunt in ꝑtãtibus ↄſtituti. quos hoĩes reputãt felices. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Nullũ forte ſignũ tales ſũt. Nõ. n. in potẽtẽ eẽ virt⁹ neq3 itell's a qb⁹ ſtudioſe opões. Neq3 ſi iguſtabiles iſti exiſtẽtes delectatiõis ſincere ꝛ liberalis ad corporales refugiũt: ꝓpter h̃ has exiſtimandum eligibiliores eẽ. Eteni pueri q̃ apud ipſos precioſa: optima exiſtimant eẽ. Rationale vtiq3 quẽadmodũ pueris ꝛ viris altera vident̃ p̄cioſa ſic ꝛ prauis ꝛ his q vident̃ epyiches. Quẽadmodũ igitur multotiens dictũ eſt ꝛ precioſa ꝛ delectabilia ſũt: que ſtudioſo talia entia. Unicuiq3 autẽ que ſm̃ ꝓprium habitum: eligibiliſſima opatio. Et ſtudioſa ãt ſm̃ virtutẽ. Non in ludo ergo felicitas.

Le. are. ℄ Ad id fortaſſe nullũ eſt ſignum. Nõ. n. in potẽtatu ṽtus eſt: neq3 mens a qb⁹ laudabiles ſint opationes. Nec ſi illi qui nunq̃3 voluptatẽ purã liberalẽq3 guſtarũt: ad corporales ↄfugiunt. ꝓpterea putãdum eſt eas eẽ magis expetẽdas. Nã ꝛ pueri que apud eos in p̄cio ſunt: ea putant eẽ optima. Cõſonũ igit̃ vt quẽadmodũ apud pueros atq3 viros diuerſa i p̄cio habent̃: ſic ẽt apõ malos ꝛ bonos. Ut ḡ ſepe dcm̃ eſt: p̄cioſa ꝛ iocunda ſunt illa q̃ ſtudioſo talia ſũt. Cuiq3 aũt ſm̃ ꝓpriũ habitũ expetẽdiſſima opatio: ꝛ ſtudioſo igit̃ ſm̃ ṽtutem. Nõ eſt igit̃ felicitas in ioco.

Argu. ℄ At nullũ fortaſſe ſignũ tales ſunt hoĩes. Nã nec ṽtus in ꝑtãtib⁹ nec intell's ↄſiſtit: a qb⁹ opationes ſtudioſe ꝑficiũtur. Nec ſi illi cum ſincerã liberalẽq3 voluptatẽ nõ deguſtarint ad corpis ↄfugiunt voluptates ꝓpterea putãdum eſt has magis expetibiles eẽ. Et pueri. n. que apud ſeipſos in p̄cio ſunt p̄ſtabiliſſima eẽ putant. Cõſentaneum igit̃ eſt rõni vt pueris ꝛ viris diuerſa p̄cioſa eẽ vident̃: ſic ꝛ prauis ꝛ ſtudioſis videri. Ut igit̃ ſepe dcm̃ eſt: ꝛ p̄cioſa ꝛ iocũda ſũt ea q̃ ſtudioſo viro talia ſũt. Unicuiq3 ãt ea eſt opõ maxime expetibilis q̃ ab hitu ꝓprio ꝓdit. Et ſtudioſo igit̃ ea q̃ ꝑficiſcit̃ a ṽtute. Felicitas ḡ nõ in ludo iocoue ↄſiſtit.

S. Tho.

Excluſio rõnis predicte. Nota d̃ potentibus.

℄ Excludit p̄dictã rõnẽ. Et dicit q̄ ex hõ potẽtib⁹ non põt accipi ſufficiẽs ſignũ q̄ felicitas in ludo ↄſiſtat. In his. n. nõ iueniẽt̃ excellẽtia pre alijs hoĩb⁹ niſi ſm̃ potẽtiã mundanã: ex q̃ nõ ſeqtur q̄ opões eoꝝ ſint ṽtuoſe: q2 ṽtus moralis ꝛ itellectualis: que ſunt p̄n⁹ bonaꝝ opõnum: nõ ↄſiſtit in h̃ q̄ aliqs ſit potẽs. Et iõ nõ opꝫ q̄ opões ludi qb⁹ potẽtes vacãt ſint optime. Et ſilr ẽt q̃tũ ad appetitũ q ꝑ ṽtutẽ rectificat̃: nõ opꝫ q̄ potẽs bñ ſe hẽat. Et iõ ſi potẽtes iteriori guſtu nõ p̄cipiãt delectationẽ ṽtutis actiue vel ſpeculatiue: que eſt ſincera. i. abſq3 corruptiõe eius q delectat̃ ꝛ liberalis: q2 eſt ſm̃ rõnẽ ſm̃ quã hõ eſt liber in operando: ꝛ ꝓpẽ hoc ↄfugiũt ad delectationes corporales: nõ tñ q̃s cõprehẽdunt̃ delectationes ludicre: nõ ꝓpter h̃ eſt exiſtimandũ q̄ hõ delectationes ſiue opões ſint aliis eligibiliores.

Pueri.

Uiri.

De ṽtuoſi iudicio.

Quia videm⁹ q̄ ẽt pueri: q2 carent itellectu ꝛ ṽtute reputant quedã puerilia in qb⁹ ↄuerſant̃ eſſe p̄cioſa ꝛ optima: que tñ nõ ſunt magni põderis: nec a viris ꝑfectis aliqd reputant̃. Rõnabile eſt igit̃ q̄ ſicͭ pueris ꝛ viris ꝑfectis alia ꝛ alia vident̃ p̄cioſa ẽita ẽt prauis ꝛ ṽtuoſis. Oñſum eſt aũt ſupra multotiẽs q̄ illa ſũt vere p̄cioſa ꝛ delectabilia: que talia iudicant̃ a ṽtuoſo: q eſt regula hũanoꝝ actuũ. Sic aũt vnicuiq3 videt̃ eẽ maxie eligibilis opatio que ↄuenit ſibi ſm̃ ꝓpriũ habitũ: ita ẽt ṽtuoſo eſt maxie eligibilis ꝛ p̄cioſa opatio que eſt ſm̃ ṽtutẽ. Et iõ in tali opõne eſt ponẽda felicitas: nõ aũt in opõne ludi. ℄ Deinde cũ dicit.

℄ Etenim inconueniẽs finẽ eẽ luſũ ꝛ negociari ꝛ malũ pati ſ3 vitã oẽ3 ludendi gratia. Oia. n. vt eſt dicere alteri⁹ gratia eligimus p̄ter felicitatẽ. Finis. n. h̃. Studere ãt ꝛ laborare ludi gratia iſipiẽs videt̃ ꝛ valde puerile. Ludere aũt vt ſtudeãt ſ3 anatharſẽ: recte hẽe videt̃. Requi. n. aſſimilat̃ ludus. Impotentes ãt ↄtinue laborare reqe idigent. Nõ vtiq3 finis reqes. Fit. n. gratia operatiõis.

Le. are. ℄ Nam abſurdũ foret: iocũ eẽ eũ quẽ querimus finẽ: ꝛ negocia multa: moleſtiaſq3 ꝑ totã vitam ſuſcipe iocandi cã. Cũcta. n. vt ita dixerim alterius gr̃a expetim⁹ p̄ter felicitatẽ. Nam illa finis eſt. Studẽ ṽo ꝛ laborare. ioci cã ſtultũ nimiſq3 puerileq3 videt̃. Jocari ṽo vt ſtudeas ſ3 Anacharſis ſniam recte ſe hꝫ. Nã ceſſatio quedã iocus videt̃. Cũq3 fieri nequeat: vt qs ↄtinuo laboret: ceſſatione indiget. Nõ ergo finis eſt ceſſatio: cum fiat gratia opationis.

Argu. ℄ Etenim abſurdũ foret hũmanũ finẽ iocum eẽ: ꝛ negocia multa moleſtiaſue ꝑ totã vitã cã iocãdi ſuſcipe. Cũcta. n. fere p̄ter felicitatẽ alterius expetimus gr̃a. Hec. n. eſt finis. Studẽ aũt ꝛ laborare gr̃a ioci ſtultũ ꝑfecto nimiſq3 puerile habet̃ ꝛ eſt. Jocari ṽo vt ſtudeas ſm̃ ſniã Anacharſidis recte ſeſe hꝫ. Jocus. n. requieti ſilis eſt. Atq3 cum ↄtinue nequeant hoĩes laborare: indigẽt requiete. Nõ eſt igitur ipſa requies. Finis fit enim gratia operationis.

S. Tho

Qr felicitas nõ ſit i ludo. Nõ p̄ma.

Oia eligim⁹ gr̃a alterius p̄ter felicitatẽ.

Finis ludi

℄ Determinat ṽitatẽ ꝓbans q̄ in opõne ludi nõ ſit felicitas duab⁹ rõnib⁹. Quaꝝ p̄ˢ ſumit̃ ex h̃ q̄ felicitas ẽ finis: q2. ſ. ſi ↄſiſteret in ludo ſequeret̃ h̃ incõueniẽs: q̄ finis tot⁹ hũane vite eẽt ludus: ita. ſ. q̄ hõ negociaret̃ ꝛ oia alia laborioſa pateret̃ ſolum vt luderet. Et h̃ iõ ſequeret̃: q2 fere oia alia eligim⁹ alteri⁹ gr̃a p̄ter felicitatẽ que eſt vltim⁹ finis. Qꝫ aũt hõ ſtudeat ſpeculationi ꝛ laboret in actiõe ꝓpter ludũ videt̃ eẽ ſtultũ ꝛ valde puerile. Sed ecõuerſo recte ſe videt̃ hẽe ſm̃ ſniam Anacharſis: q̄ aliqs ludat ad horã: ꝛ ad h̃ q̄ poſtea diligẽtius ſtudeat. Quia in ludo eſt q̃daꝫ relaxatio ꝛ reqes. Hoĩes aũt cũ nõ pñt ↄtinue laborare idigent reqe. Un̄ pꝫ q̄ ludus ſiue reqes non eſt finis: q2 reqes eſt ꝓpter opationẽ. vt. ſ. hõ poſtea vehemẽtius opet̃. Et ſic pꝫ q̄ felicitas nõ ↄſiſtit in ludo. ℄ Scõam rõnẽ ponit ibi.

℄ Uidet̃ autẽ felix vita ſm̃ virtutẽ eſſe. Hec aũt cũ gaudio. ſed nõ i ludo. Melioraq3 dicim⁹ ſtudioſa ridiculis ꝛ cũ ludo. Et melioris ſemp ꝑticule ꝛ hoĩs ſtudioſiorẽ opationẽ. Que aũt melioris: melior ꝛ felicior. Jã3 potiet̃: vtiq3 corporalib⁹ delectatiõib⁹ q̃cũq3 ꝛ beſtialis nõ minus optimo. Felicitatẽ aũt

nullus beſtiali tribuit:ſi nõ ⁊ vitã. Nõ.n.i ta
lib⁹ ↄuerſatiõib⁹ felicitas:ſʒ i his q̃ ſm virtu
tẽ opõnib⁹ queadmodũ.prius dc̃m eſt.

Le. arc. ¶ Videt aũt beata vita ſm ṽtutẽ eẽ. Hec aũt ſtudioſa eſt:
ac nõ in ioco. Meliora dicimus ſeria q̃ ridicula ⁊ iocoſa:
⁊ melioris ſemp̃ ⁊ partis ⁊ hoĩs ſtudioſam magis opatio
nem. Melioris ṽo melior ⁊ beatior iam. Põt autẽ quiuis
frui corporis voluptatib⁹:ẽt abiectus quiſq̃ nõ min⁹ q̃ opti
mus. At felicitatẽ nullus dicet abiecto cõpetẽ:ſed vitã ſo
lum. Nõ.n.in hmõi oblectamẽtis felicitas ↄſiſtit:ſed in opa
tionibus ſm virtutem vt dictum eſt prius.

Argir. ¶ At ṽo vita felix in ṽtute ↄſiſtit. Hec aũt vita cuʒ ſtudio
eſt ⁊ in ſeriis:ſʒ nõ in ioco ↄſiſtit. Atq̃ ea que ſtudioſa ſũt
ſeria ue: p̃ſtabiliora ridiculis ⁊ his que ioco fiunt. Et opa
tionẽ ſemp̃ melioris ⁊ partis ⁊ hoĩs ſtudioſam magis dici
mus eẽ. Melioris ṽo p̃ſtabilior eſt ⁊ ad felicitatẽ iaʒ ma
gis attinẽs. Frui p̃terea quiuis ⁊ mãcipiũ voluptatib⁹ cor
poris nõ minus q̃ optim⁹ homo põt. At felicitateʒ nemo
mãcipio tribuet:niſi ⁊ vitaʒ tribuerit ſtudioſam. Felicitas
enim nõ in talib⁹ ↄſiſtit modis viuẽdi:ſed in opationibus
que a virtute pficiſcunt:vt prius etiam diximus.

S. Tho.

Scḋa rõ. Qualis de lectatio felicitas. ¶ Ideo.n.poſuit aliqui felicitatẽ in ludo ꝓpt̃ delectationẽ
que in ludo eſt. Hʒ aũt felicitas delectationẽ quãdã:qꝛ eſt
opatio ſm ṽtutẽ que cuʒ gaudio exiſtit. Nõ tñ cũ gaudio
ludi. Quia cũ felicitas ſit ſũmũ bonũ hoĩs:opʒ q̃ in opti
mis ↄſiſtat. Meliora autẽ dicim⁹ ṽtuoſa q̃ ſerio aguntur q̃
ridiculoſa:que fiũt ludo. Et h̃ ſic pʒ:qꝛ opatio que eſt me
lioris ꝑticule aĩe ⁊ que eſt ꝓpa hoĩs eſt magis ṽtuoſa. Pʒ
autẽ q̃ opatio que eſt melioris ꝑtis eſt melior. ⁊ ꝑ ↄñs feli
cior. Põt aũt ↄtingẽ q̃ corpalib⁹ delectationib⁹ põt potiri
Cui nõ attribuitur felicitas. q̃cũq̃ hõ:ẽt beſtialis nõ minus q̃ optim⁹ q̃cũq̃ vir. Felici
tatẽ aũt nullus attribuit hoĩ beſtiali:neq̃ ẽt parti aĩe brũ
tali. Sic nõ attribuit̃ ei vita que eſt ꝓpa hoĩs. Et ſic pʒ q̃ in
talib⁹ ↄuerſationib⁹.ſ.in delectationib⁹ corpalib⁹:iter q̃s cõ
putant̃ delectationes ludi:nõ ↄſiſtit felicitas:ſʒ ſolũ in opa
tionib⁹ que ſunt ſm ṽtutẽ. Sic ẽt prius dc̃m eſt. Lcõ.x.

8ª Si aũt eſt felicitas ſm virtuteʒ opa
tio:rõnabile ſm optimã. Hec aũt
erit optimi. Siue igit̃ intell̃s hoc
ſiue aliud aliqḋ. Qḋ vtiq̃ ſm na
turam videt̃ pncipari ⁊ dñari ⁊ intelligẽtiã
hẽre de bonis ⁊ diuinis:ſiue diuinum ⁊ ip
ſuʒ:ſiue eoꝝ que in nobis diuiniſſimũ. Hui⁹
opõ ſʒ ꝓpriã virtutẽ erit vtiq̃ pfcã felicitas.

Le. arc. ¶ Quod ſi eſt felicitas ſm ṽtutẽ opatio:rõnabile eſt:vt ſit
ſm optimã. Ea ṽo eẽt vtiq̃ optimi. Siue ḡ mens id ſit:ſi
ue aliud qddã:qḋ nã videt̃ impare ⁊ ducere:⁊ curã cogi
tationẽq̃ hẽre honeſtaꝝ ⁊ diuinaꝝ reꝝ:ſeu diuinũ ⁊ ipm
exiſtẽs:ſeu eoꝝ que in nobis ſunt diuiniſſimũ. Huius opa
tio ſm ꝓpriam ṽtutẽ erit vtiq̃ perfecta felicitas.

Argir. ¶ Quod ſi felicitas opatio eſt ꝑ ṽtutẽ:ↄſentaneuʒ eſt rõni
ꝑ eã eſſe que eſt p̃ſtabiliſſima. Hec aũt ei⁹ fuerit qḋ eſt opti
mũ. Siue igit̃ mens ſit hoc:ſiue aliqḋ aliud:qḋ qdem nã
dñari videt̃ ac impare ⁊ aiaduerſionẽ hẽre de honeſtis diui
niſq̃ rebus:aut qꝛ diuinuʒ ⁊ ipm eſt:aut qḋ eoꝝ que ſunt
in nobis eſt diuiniſſimũ huius operatio per virtutẽ ꝓpriã
ipſa felicitas fuerit beatitudoq̃ perfecta.

S. Tho.

¶ Poſtq̃ phs oñdit:q̃ felicitas eſt opatio ſm ṽtutẽ. Hic inci
pit oñdẽ cuius ṽtutis ſit opatio. Et p̃ oñdit hoc in gñali.
Scḋo in ſpãli.ibi.(Qm̃ aũt eſt ⁊c̃.) ¶ Dicit ḡ p̃:q̃ cũ feli
Lec.10. citas ſit opatio ſm ṽtutẽ. ſicut ⁊ in p̃ oñſum eſt:rõnabile

ſequit̃ q̃ ſit opatio ſm ṽtutẽ optimã. Oñſuʒ eſt.n.in p̃:q̃ Lec 9.
felicitas eſt optimũ inter oĩa bona humana:cũ ſit oĩum fi Qꝫ felicitas eſt opõ ſʒ optimã
me. Et qꝛ melioris potẽtie melior eſt opatio.vt.ſ.dc̃m eſt. virtutem.
ↄñs eſt q̃ operatio optima hoĩs ſit operatio eius qḋ eſt in
hoĩe optimũ. Et hoc qdẽ ſm rei ṽitatẽ eſt itellectus. Sed
qꝛ circa h̃ diuerſimode ſunt aliqui opinati:nec eſt nũc lo
cus talia diſcutiẽdi ſub dubio ad p̃ns relingt. vtꝝ optimũ
hoĩs ſit itellect⁹ vel aliqḋ aliud. Ponit tñ ſigna q̃dã ex qb⁹ Signa ad ho. q̃ itellect⁹ ſit optimuʒ eoꝝ q̃ ſũt in homine.
põt cognoſci q̃ intell̃s ſit optimum eoꝝ que ſunt in hoĩe.
¶ Et p̃ qdẽ per cõparationẽ ad ea que iſra itellectuʒ ſunt
qb⁹ itell̃s ꝓpter ſui excellẽtiaʒ pncipat̃ ⁊ dñat̃. Principat̃
qdẽ reſpectu iraſcibilis ⁊ ↄcupiſcibilis:qb⁹ rõ ſiue itellect⁹
preſidet.q.politico pncipatu:qꝛ in aliquo reſiſtẽ pñt rõni.
Dñat̃ aũt corpalib⁹ mẽbris qui ad nutum obediũt impio
rõnis abſq̃ ↄdictione. Et ideo rõ vel intellect⁹ p̃ſidet cor
pori.q.ſeruo deſpotico pncipatu.vt dr̃ p̃ politice. ¶ Scḋo Lec.3.
ṽo ponit ſigna excellẽtie itellect⁹ ꝑ cõparationẽ ad ſupio
ra.ſ.ad res diuinas ad q̃s dupl̃r cõparat̃. Uno mõ ſm ha
bitudinẽ.q.ad obiecta. Solus.n.itellectus hʒ itelligẽtiaʒ
de reb⁹ eẽntialr̃ bonis:que ſunt res diuine. Alio mõ cõpa
rat̃ intell̃s human⁹ ad res diuinas ſm ↄñalitateʒ ad ipſas
diuerſimode qdẽ ſm diuerſoꝝ ſnias. Quidã.n.poſuerũt
intellectuʒ humanũ eẽ aliqḋ ſempiternũ ⁊ ſeparatũ. Et Opiniones de itellu.
ſm hoc ipſe itell̃s eẽt qḋdam diuinuʒ. Dicimus.n.res diui
nas eẽ que ſunt ſempiterne ⁊ ſepate. Aliĩ ṽo itellectũ par
tẽ aĩe poſuerunt. ſicut Ariſto. Et ſm h̃ itell̃s nõ eſt ſimpl̃r
qḋdã diuinũ:ſʒ eſt diuiniſſimũ inter oĩa que ſunt in nobis
ꝓpter maiorẽ ↄuenientiam quã hʒ cũ ſubſtãtiis ſepatis ſm
qḋ eius opatio eſt ſine organo corpeo. Quocũq̃ aũt mõ
ſe hẽat necẽ eſt ſm p̃dicta q̃ pfecta felicitas ſit opatio hmõi
optimi ſm ṽtutẽ ꝓpriã ſibi. Nõ.n.põt eẽ pfecta opatio qḋ
regrit̃ ad felicitatẽ:niſi potẽtie pfecte ꝑ habitũ q̃ eſt ipſius
virtus ſm quã reddit opationẽ bonã. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quoniam aũt eſt ſpeculatiua: dictum eſt.
Conſeſſum aũt hoc vtiq̃ videbitur eſſe:⁊
his que prius ⁊ ipſi vero.

¶ Quod autem ſit contemplatiua dictum eſt. Conſenta Le. arc.
neum videtur id primo dictis ⁊ veritati.

¶ Dictum eſt autem ipſam eſſe contẽplationem. Atq̃ con Arg.
ſentaneum hoc ⁊ antea dictis ⁊ veritati videbitur eſſe.

S. Tho.

¶ Oñdit in ſpãli cuius ṽtutis opatio ſit pfecta felicitas. Et
circa h̃ duo facit. Primo oñdit q̃ in opatione ſpeculatiue
ṽtutis ↄſiſtit pfecta felicitas. Scḋo cõparat felicitatẽ pfe
ctã ad res exteriores.ibi.(Opus erit aũt ⁊c̃.) ¶ Circa p̃ᵐ Lec. 13.
duo facit. Prĩo oñdit:q̃ pfecta felicitas ↄſiſtit in opatio
ne ſpeculatiõis. Scḋo pfert hanc felicitatẽ felicitati que
ↄſiſtit in actione.ibi.(Scḋo aũt q ⁊c̃.) ¶ Circa p̃ᵐ duo fa Lec.12.
cit. Primo oñdit:q̃ felicitas ↄſiſtit in opõne ſpeculatiua.
Scḋo oñdit q̃l̃r ſe hẽat ad hoĩeʒ.ibi.(Talis aũt vtiq̃ ⁊c̃.) Lec.11.
¶ Circa p̃ᵐ duo facit. Prĩo ꝓponit qḋ itẽdit. Et dicit q̃ Lec.6.
ex ſupra dictis in.6.manifeſtũ eſt q̃ ſpeculatiua opatio eſt Qꝫ felicitas ↄſiſtit i opõne ſpeculatiua virtutis.
intellect⁹ ſm ꝓpriã ṽtutẽ eius.ſ.ſm ſapiẽtiam pncipalr̃ q̃
cõprehendit itellectum ⁊ ſciam. Et q̃ in tali opatione ↄſi
ſtat felicitas videtur eẽ ↄſonum eis que in p̃mo dicta ſunt
de felicitate:⁊ etiam ipſi veritati. ¶ Secundo ibi. Lec. 10.

¶ Optima etenim hec operatio. Etenim in
tellectus eorũ que in nobis ⁊ cognoſcibiliuʒ
circa que intellectus.

¶ Nã ⁊ optima hec eſt opatio. Etenĩʒ ⁊ mens eoꝝ q̃ in no Le. arc.
bis ⁊ cogſcibiliũ circa q̃ mẽs. Inſup ↄtinuatiſſima h̃ eſt.

¶ Hec enim opatio p̃ſtabiliſſima eſt:qppe cum ⁊ mens ſit Argir.
eoꝝ que in nobis inſunt p̃ſtantiſſimũ:⁊ ea circa que mens
verſatur cognoſcibilium preſtabiliſſima ſint.

S. Tho.

Rō p̄ma ad ꝓpoſitū.

¶ Probat ꝓpoſitū ſex rōnib⁹. Prima ĝ talis eſt. Dictū eſt ſupra q̄ felicitas eſt optima opatio. Optima aūt opatio inter opationes humanas eſt ſpeculatio v̄itatis. Et h̄ p₃ ex duob⁹ ex qb⁹ pēſaſ dignitas opationis. Uno mō ex pte potentie que eſt opationis p̄n^m. Et ſic p₃ hanc opationē eſſe optimā. ſicut ⁊ itellect⁹ eſt optimū eoꝝ que in nobis ſunt. vt ſupra oſtenſum eſt. Alio mō ex pte obiecti qd dat ſpēm opationi. Et ſm h̄ ēt hec opatio eſt optima: q2 īter oīa cognoſcibilia optia ſūt itelligibilia ⁊ p̄cipue dīna. Et ſic i eoꝝ ſpeculatiōe ↄſiſtit pfecta h̄uana felicitas. ¶ 2^m rōnē pōit ibi.

Dignitas opōnis iudicatur ex potentia ⁊ obiecto.

Intelligibilia ⁊ p̄cipue dīna ſūt optia īter cognoſcibilia.

¶ Eſt aūt ↄtinuiſſima. Speculari etenī poſſumus ↄtinue magis q̄ȝ operari qdcunq̄.

Le. are. ¶ Contēplari.n.poſſumus ↄtinue magis q̄ȝ quduis agē.

Argir. ¶ Eſt preterea continua maxime. Nam contemplari magis continue q̄ȝ agere quoduis poſſumus.

S. Tho.

Scđa rō. Speculationis cōtinuitas.

¶ Dictum eſt.n.in p̄ q̄ felicitas eſt maxime ↄtinua ⁊ pmanēs. Inter oēs aūt opōnes h̄uanas ↄtinuiſſima eſt ſpeculatio v̄itatis. Manifeſtū eſt.n.q̄ magis ↄtinue pōt hō pſeuerare in ſpeculatiōe v̄itatis q̄ȝ in q̄cūq̄ alia opōne. Cui⁹ rō eſt: q2 nece eſt diſcōtinuari opōnē nr̄am pp laborē quē nō poſſum⁹ ↄtinue ferre. Labor aūt ⁊ fatigatio accidit in opōnib⁹ nr̄is pp paſſibilitatē corpis q̄ alteraſ ⁊ remoueſ a nāli diſpōne ſua. Ūn cū itellēs in ſua opōne minimū vtatur corpe. ſeqtur q̄ minimū eius opationi adueniat labor ⁊ fatigatio. Q̄ ue nulla eēnt ſi intellectus in ſpeculādo nō indigeret fantaſmatib⁹ exiſtentibus in organis corpis. Et ſic p₃ q̄ maxime inuenit felicitas in ſpeculatione veritatis propter eius facilitatem. ¶ Tertiam rōnem ponit ibi.

Ratio.

Labor et fatigatio i ſpeculando vix ꝓuenit.

¶ Exiſtimamuſq̄ oportere delectationē admixtā eſſe felicitati. Delectabiliſſima aūt eorum que ſm virtutē opationū: que ſm ſapientiā ↄfeſſe eſt. Videſ.n.phia admirabiles delectationes h̄re puritate ⁊ firmitate. Rationabile autem ſcientibus q̄ȝ querentibus delectabiliorem conuerſationem eſſe.

Le. are. ¶ Putamuſq̄ oportē voluptatē admixtam eſſe felicitati. Maximā v̄o oīuȝ opationū voluptatē afferre illā que eſt per ſapiam oēs ↄſentiunt. Videſ nēpe ſapientia mirabiles quaſdā h̄re voluptates ⁊ certitudine ⁊ puritate. Ac rōnabile eſt ſciētib⁹ maiorē delectationē adeſſe q̄ȝ querētibus.

Argir. ¶ Arbitramur p̄terea felicitati voluptatē admixtā eē oportere. Iocūdiſſima aūt opōnum v̄tutū eſt ea haud dubie q̄ per ſapiam ꝓdit. Itaq̄ phia mirabiles tū puritate tū firmitate voluptates h₃. Atq̄ ↄſentaneū eſt rōni ſciētib⁹ q̄ȝ querētibus oblectamētum ipſum iocundius eſſe.

S. Tho.

Rō tertia. Lec.13.

¶ Et dicit q̄ ſicut in p̄ dictū eſt: cōiter exiſtimam⁹ q̄ felicitati delectatio admiſceaſ. Inter oēs aūt opōnes v̄tutis delectabiliſſima eſt ↄtēplatio ſapie: ſicut eſt manifeſtū ⁊ ↄceſſū ab oībus. H₃.n.phia in ſapie ↄtēplatione delectatiōes admirabiles: ⁊ q̄ȝtū ad puritatē ⁊ q̄ȝtū ad firmitatē. Puritas qdē taliū delectationū attēdiſ ex h̄ q̄ ſūt circa res imāles. Firmitas āt eaꝝ attēdiſ ſ₃ h̄ q̄ ſūt circa res imutabiles. Q̄ui enī delectaſ circa res māles icurrit quādā īpuritatē affect⁹ ex h̄ q̄ circa īferiora occupaſ. Q̄ui āt circa res mutabiles delectaſ nō pōt firmā delectationē h̄ēre: q2 mutata re: aut corrupta q̄ delectationē afferebat: delectatio ceſſat: ⁊ q̄nq̄ in triſtitiā v̄tiſ. Dicit āt delectatiōes phie eē admirabiles pp incōſuetudinē taliū delectationū apō multitudinē hominū: q in reb⁹ mālib⁹ delectanſ. Speculatio āt v̄itatis eſt duplex. Una qdē q̄ ↄſiſtit in inq̄ſitiōe v̄itatis. Alia v̄o q̄

Phia h₃ delectationes admirabiles. Puritas delectationis firmitas.

Duplex ē ſpeculatio veritatis.

ↄſiſtit in ↄtēplatione v̄itatis iam iuētē ⁊ cognite. Et h̄ pfectius eſt cū ſit termin⁹ ⁊ finis inq̄ſitiōis. Ūn ⁊ maior eſt delectatio in ↄſideratiōe v̄itatis iā cognite q̄ȝ in inq̄ſitiōe eī⁹. Et iō dicit: q̄ delectabilius ↄuerſant illi q iā ſciunt v̄itatē h̄ntes itellectū pfectū p itellectualē v̄tutē ipſius. Ūn pfecta felicitas nō ↄſiſtit in q̄cūq̄ ſpeculatiōe: ſ₃ in ea que eſt ſm ꝓpriā v̄tutem ipſius. ¶ Q̄uartā rōnem ponit ibi.

In q̄ illarū ſpeculationum ↄſiſtat felicitas.

¶ Et que dicitur antarchia circa ſpeculatiuā maxime vtiq̄ erit. Adiuuaſ quidē.n. neceſſarys ⁊ ſapiens ⁊ reliqui qdē indigent. Talib⁹ aūt ſufficienter largitis iuſt⁹ qdem indiget ad quos iuſte opeſ ⁊ cū qb⁹. Similr aūt ⁊ temperatus ⁊ fortis: ⁊ alioꝝ vnuſq̄ſq̄. Sapiens aūt ſm ſeipſū ens poteſt ſpeculari. Et quāto vtiq̄ ſapiētior fuerit magis. Melius autem forte cooperatores habere. S₃ tamen per ſe ſufficientiſſimus.

Le. are. ¶ Preterea ſufficiētia illa de qua dixim⁹ in ↄtēplatione maxima eſt. Nā nec̄ioꝝ qdē ad vitā ⁊ ſapiens ⁊ iuſtus ⁊ ceteri idigēt. Talib⁹ v̄o ſufficiēter affluētib⁹ iuſtus qdē idiget ad quos ⁊ cū qb⁹ iuſtitia vtaſ. Eodē mō tēperat⁹ ⁊ fortis: ⁊ alioꝝ quiſq̄. At ſapiēs per ſeipm ↄtēplari pōt: ⁊ quāto ſapientior ſit magis: melius forteaſſe: ſi adiutores h₃. Sed tamen ipſe per ſe ſufficientiſſimus eſt.

Argir. ¶ Ipſa quoq̄ ſufficiētia maxime fuerit in ↄtēplatione. Nā ⁊ ſapiēs ⁊ iuſtus ⁊ ceteri reb⁹ h̄is idigēt que nec̄ie ſunt ad vitam. Sed ſi ſatis his talia adſunt: iuſtus qdē eoꝝ idiget ad quos ⁊ cum qb⁹ egerit iuſte. Et tēperans itē ac fortis ⁊ ſinguli ceteroꝝ. At ſapiens ſi ſolus ēt ſit ↄtēplari pōt. Et quo ſapiētior eſt eo magis pōt. Melius aūt forteaſſe ſi habeat adiutores. Attamen ſufficiētiſſimus ipſe eſt.

S. Tho.

Rō q̄rta. Lec.9. Antarchia.

¶ Dictum eſt.n.in p̄ q̄ p ſe ſufficiētia: q̄ grece dī antarchia reqriſ ad felicitatē. H₃ autē p ſe ſufficiētia maxime inueniſ circa ſpeculatiuā opōnē: ad quā hō non indiget niſi his q̄ ſunt nec̄ia oīb⁹ ad cōem vitā. Indiget.n.nec̄iis vite.tam ſapiēs.ſ.ſpeculatiuus q̄ȝ ēt iuſtus ⁊ reliq h̄ntes v̄tutes morales: q̄ pficiūt vitā actiuā. Si āt alicui deniſ ſufficiēter nec̄ia vite: adhuc plib⁹ idiget v̄tuoſus ſm v̄tutē moralē. Indiget enī iuſtus ad ſuā opōnē aliq̄s. Et p̄ qdē illis ad q̄s d₃ iuſte agē: q2 iuſtitia ad alteꝝ eſt. vt dictū eſt in.5. Scđo aūt idiget aliqb⁹ cū qb⁹ opeſ iuſtitiam: ad qd idiget hō frequēter multoꝝ auxilio. Et eadē rō eſt de tēpato ⁊ forti ⁊ de aliis v̄tuoſis moralr. S₃ nō eſt ita de ſapiēte ſpeculatiuo q pōt ſpeculari v̄itatē: etiā ſi ſolus ſm ſeipm exiſtat. Quia ↄtēplatio v̄itatis eſt opatio penit⁹ intrīſeca ad exterius nō pcedēs. Et tanto aliqs magis poterit ſolus exiſ ſpeculari v̄itatē: q̄ȝto fuerit magis pfect⁹ in ſapiētia. Quia talis pla cognoſcit: ⁊ min⁹ indiget ab aliis iſtrui: aut iuuari. Nec h̄ dī: q2 ↄtēplationē nō iuuet ſocietas: q2 vt in.8.dictū eſt. duo ſiſ venientes intelligē ⁊ agē magis pnt. Et iō ſubdit melius eē ſapiēti: q̄ h̄eat coopatores circa ↄſiderationeȝ v̄itatis: q2 interdū vnus videt qd alteri licet ſapiētiori nō occurrit. Et q̄ȝuis ſapiēs ab aliis iuueſ: tn̄ inter oēs ipſe per ſe magis ſibi ſufficit ad ꝓpriā opationē. Et ſic p₃ q̄ maxime in opatione ſapiētie iueniſ felicitas. ¶ Q̄uintā rōnē ponit ibi.

Sapiens paucior⁹ indiget q̄ȝ iuſtus. Lec.2.

Nota de cōtemplatiuo.

Lec.1.

¶ Videbitur aūt vtiq̄ ipſa ſola propter ſeipſam diligi. Nihil enim ab ipſa fit p̄ter ſpeculari. Ab operationibus autem vel plus vel minus acquirimus preter actionem.

Le. are. ¶ Videturq̄ ſola propter ſeipſam amari. Nihil.n.ab illa prouenit preter contēplationeȝ. At in reb⁹ agēdis vel plus

vel minus acquirimus preter actionem.

Argu. ¶ Preterea ꝓpter ſeipſam amari ſola videtur. Nihil.n. ab ipſa fit p̄ter hoc ↄtēplatū in quā eſſe. At cū agim⁹ p̄ter ipſam actionem: aut plus aliquid aut minus aſſequimur.

S. Tho.

